et: ⁊ diſcernes mentē iſtius. In prohemio primi libri iecit Ariſtoteles hoc fundamentum ad imortalitatem anime. Si anima habet operationē propriam: eſt ſeparabilis: ⁊ ſi non: non: ⁊ ibidem explanans: quomodo opꝫ accipere propoſitū: quū dixiſſet: ꝙ maxime aſſimilat̄ proprio itelligere: ⁊ ſubdidit. Verūtn̄ ſi itelligere eſt fantaſia: aut nō ſine fantaſia: nō erit h̄ ſine corpore .i. nō erit propriū: ſꝫ cōmune aīe ⁊ corpori: ſine quo eē ⁊ fieri nequit: ⁊ ſubdit: ꝙ aliquī erit de aīa ſicut de recto cui attribuit̄ tangere ſperam: ⁊ tamē non tangit ſeparatū ⁊c̄. Igitur Ariſtoteles coedificans ſuper iactū fundamentū quū hactenus nullā operationē propriam inueniſſet intellectui poſſibili: qꝛ omnis eius inuenta operatio admixta eſt ſenſibilibus: ⁊ inueniſſet in intellectu agente propriam operationem: quia ſcit ſm ſubſtantiā ſuam in actu: ⁊ quia non quādoqꝫ quidem intelligit: ⁊ quādoqꝫ non: ſtatim intulit imortalitatē itellectus agentis ſolius. Et qm̄ ſuperius dixerat etiam de intellectu poſſibili: ꝙ erat ſeparatus a corpore. Ne fallaris in terminis: non dixit hic ꝙ ſolus intellectus hic eſt ſeparatus: ſed dixit ꝙ ſolus eſt ſeparatus quod vere eſt .i. ſeparatus in eſſendo: ſeparatus ſubſtantialiter: qđ vere eſt eſſe ſeparatum. Et dixit hoc edificādo etiā ſupra iacta fundamenta: quaſi diceret intellectus poſſibilis eſt ſeparatus ſicut rectum: ⁊ hꝫ operationem ſine corpore ſicut ſpera: ſed non eſt ſeparatus in hoc ꝙ vere eſt .i. in eſſendo. Iſte aūt intellectus qꝛ habet propriam operationē eſt ſeparatus ſoluꝫ in hoc ꝙ vere .i. in eſſendo: ⁊ propterea ꝯñter hic ſolus eſt imortalis ⁊ perpetuus. ¶ Et ſcito ꝙ vt a grecis accepi: tranſlator huius textus fuit pluſqꝫ grāmaticus in ligua greca: eo ꝙ vbi i textu noſtro dicit̄: qđ vere eſt: in greco loco ly vere habetur ly per: qđ apud grecos non ſignificat vere: ſed hiatus euitandi cauſa a grāmaticis poni dicit̄: ⁊ hoc ſm proprietatem vocabuli. Verūtamen tranſlator conſcius ariſtotelice auctoritatis ⁊ conſuetudinis optime trāſtulit ⁊ poſuit ly vere loco ly per: qꝛ vt Simplicius in pmo phyſicoꝝ dicit Ariſtote. Platonē imitatus eſt in hoc: ꝙ ſicut Plato quū res vere ſubſiſtentes exprimere volebat: nominib' rerū hoc pronomen ipſe preponebat. vt ipſe homo: ipſe leo. Et ſic ideas ſignificabat: ſic ⁊ Ariſtote. vt termino aliquo ſignificaret id qđ proprie ac vere eſſet ens: particulam per poſtpoſitaꝫ pronomini relatiuo a cōmuni vſu detorſit ad veritatis expreſſionē. vt in pmo phyſicoꝝ pꝫ: vbi ꝯtra Parmenidē diſputans ſic exprimit planius repetendo: qđ vere eſt: ſeu ens. Nec ſolus eſt Simplicius in hac ſententia: ſed Adraſtus: Themiſtius: ⁊ Porphyrius. Igit̄ Ariſto. ad inſinuandum ꝙ hic ſolus intellectus eſt ſeparatus in eſſendo: appoſuit iuxta morem ſuum ly vere. ¶ Et qm̄ Plato ponens animam noſtram habere eternam ſcientiam ſm ſe: cogebatur ꝯſequenter ponere: ꝙ noſtrū addiſcere ⁊ inuenire non eſt niſi reminiſci. Ne aliquis putaret hoc idem ſequi ad propoſitam opinionem ponentem intellectum imortalem ⁊ perpetuum ſm ſuam ſubſtantiā ſemper actu intelligentē. Subdidit Ariſto. huic tacite obiectioni reſponſionē cum eius cauſa. Reſponſio eſt ꝙ non reminiſcimur .i. noſtrum ſcire nō eſt reminiſci: cauſa vero eſt: quia iſte intellectus .ſ. perpetuus eſt impaſſibilis paſſione: qua intellectus patitur ab intelligibili: ⁊ reducitur de potentia ad actum primū. Intellectus enim agens: vt dictum eſt: per ſubſtantiā ſuam eſt actu intelligens: paſſiuus vero itellectus .i. itellectus poſſibilis: qui eſt paſſiuus ab intelligibili: vnū fit ſingula ſicut ſciens: eſt corruptibilis ſm rem: ⁊ ſine hoc itellectu poſſibili anima nihil intelligit. ¶ Ad cuius cauſe clariorē perceptionem aduerte: ꝙ qꝛ apud Platonem intellectus paſſiuus ſeu poſſibilis ab ideis informatus erat a principio: ⁊ qꝛ impoſſibile eſt plenum iterū impleri. ideo apud ipſum ſequebatur: ꝙ noſtrū ſcire eſt reminiſci. Apud Ariſtotelem vero qꝛ intellectus paſſiuus generatur et corrumpitur cum forte: ⁊ nō ponit̄ informatus a quocūqꝫ: ſꝫ ſicut tabula raſa in qua nihil eſt ſcriptū: ꝗualis intellectus agēs: qui eſt impaſſibilis: ponatur perpetu' ⁊ ſemper intelligens: non ſequitur ꝙ noſtrum ſcire ſit reminiſci. Unde noſtrum ſcire eſſe reminiſci: non ſeq̄t̄ ad intellectum perpetuū in actu: ſed ad intellectū paſſiuum perpetuū in actu: ⁊ hoc māifeſte dicit lr̄a explicans in fine: ꝙ illud perpetuum intelligere non eſt noſtrū: dicens: ⁊ ſine hoc intellectu paſſiuo: anima ꝗ nos intelligimus: nihil omnino intelligit. Non enim putat animam fatui: aut dormientis: impedito itellectu paſſiuo intelligere per intellectum agentē: vt quidā ſomniant. ¶ Neſcio aūt quis primū hoc in lr̄a ſomniauerit mortem: ⁊ inchoauerit exponere: ꝙ non reminiſcimur poſt mortem ⁊c̄. Si enim vis falſam huiuſmodi expoſitionem conuincere: vide primo ly reminiſcimur: de nobis hominibus loquit̄ in numero plurali: ⁊ non de anima. dicendū .n. fuiſſet: nō reminiſcitur aūt: vide ſcđo ly qꝛ: cauſalis .n. nota eſt. ⁊ ad nihil ſeruit illi expoſitioni: imo dōm fuiſſet: lꝫ hic intellectus ſit paſſibilis ⁊c̄. Vide 3° ly paſſiuus intellectus: in nullo vnqꝫ opere Ariſtotelis intellectus nomine inuenit: aut inuētum audiui ſignificatū niſi vere intellectū: quare igitur ſolum equiuocatio. Vide 4° ⁊ ſine hoc nihil intelligit aīa: ſi de reminiſcentia poſt mortem erat ſmo: ꝯ de cogitatiua dicendū fuiſſet: ⁊ ſine hoc nihil reminiſcit̄ anima: ⁊ nō nihil intelligit: qꝛ hoc falſum eſt: ⁊ extra propoſitū. Vide 5° ꝙ verba Ariſtotelis in pmo libro tex. 66. que afferunt̄ ad inſinuandū: ꝙ que illic diſputantur: hic affirmauit: extra propoſitum ſunt: qm̄ manifeſte ibi loquitur de ipſa anima: vt diſtinguitur ꝯtra nos. Vn̄ dicit: ꝙ nō ſunt illius paſſionis ſꝫ hñtis: q̄re ⁊ hoc corrupto nō memoratur: neqꝫ amat: hic vō manifeſte loquit̄ de nobis. vt dictū eſt: hoc dicit. nō reminiſcimur aūt ⁊c̄. ꝯ Platonem in phedone doctrinam tradit.

¶ Circa prefatā expoſitionē multa inſurgūt dubia: primo ad hoīem: deinde ſimplr̄. Ad Ariſtotelē gdē: qꝛ videt̄ dictis eius repugnare. In 2° ſiquidē huius operis tex. 21. dixit aperte: ꝙ quaſdā partes anime nihil ꝓhibꝫ ſeparari a corpore: propter id qđ nulli' corporis ſunt act': ſub hac ꝓpōne ſubſumit̄ minor ex hoc 3° a textu 4° 6° ⁊ 7°: ſꝫ itellectus poſſibilis nullius corporis eſt act': ergo itellectus poſſibilis eſt ſeparabilis a corpore: ⁊ ſic imortalis. Et cōfirmatur ex pdictis teſtibus: quos ſoluere impoſſibile videtur: ſi itellectus poſſibilis corrūpitur cum corpore. eſſet enim qualis calidus aut frigidus. Et ꝯfirmat̄ ex pmo huius tex. 92. vbi grauis dicitur fictio dans intellectui aliqꝫ partē corporis: ⁊ in 2° huius textu. 21. dicitur: ꝙ lꝫ de intellectu ⁊ perſpectiua potentia nihil adhuc manifeſtū ſit. Videt̄ tn̄ genus alterū anime eſſe: ⁊ ſeparari ab aliis: ſicut perpetuū a corruptibili. In ſcđo quoqꝫ de generatōe animaliū capł̄o 3°. vult auctor: ꝙ intellectus nō educatur de potentia materie: ſed venit de foris: ac per hoc nō corrumpitur cum corpore. Et confirmatur ex 12. metaphyſi. tex. 17. vbi auctor dubitās: vtrum aliqua forma maneat poſt ſuam materiam: in dubio tranſit de omni anima: ſed affirmat de itellectu: nō oīs forſan īgꝛ: ſꝫ intellus.

¶ Simpliciter

C Simpliciter autem falſum ſuſtinere videtur hec
expoſitio:quia contradicere videtur propoſitionibus
certis in philoſophia.Conſtat ſiquidē:ꝙ omnis ſub-
ſtantia intellectualis eſt incorruptibilis:ſed anima no
ſtra eſt ſubſtātia intellectualis.ergo prima propoſitio
certificatur ex operatione:quia.ſ.intelligere eſt opera-
tio ſine corporeo inſtrumento. ergo eſſe ſubſtantie in-
tellectualis eſt ſine corpore ſuſtinente: operatio enim
facit cognoſcere formam:ꝛ modus operandi ex parte
S.Tho.2° operantis modū eſſendi preſe fert ꝛc̄. C Sunt ꝛ alie
3 gen.c.55. multe probationes ad hoc antecedens:quas in libris
contra gentiles Diui Thome plene habes.
Salam an C Ad euidentiam harum difficultatum ſcito: ꝙ nō eſt
tori pape intentionis mee dicere:aut ſuſtinere velle intellectū
poſſibilē eſſe generabilē ꝛ corruptibilē ſ̄m philoſophie
principia:q̄m hec poſitio eſt falſiſſima:q̄m ex principiis
philoſophie vtpote veris non deducitur recte niſi ve-
rum.hoc autem conſtat ex fide eſſe falſum.igiť nō pōt
ex principiis phie ſequi.Unde neq̄ vt verū:neq̄ vt cō
ſonum:neq̄ vt probabile phie hec ſcripſerim: ſed tm̄
vt exponens opinionē iſtius greci:quā conabor oſtēde
re eſſe falſā ſ̄m phie principia. C Duo ergo in phia pn
cipia ipſemet Ariſto.poſuit:ex quibus imortalitas aie
ſciri poſſet:primū poſitū eſt in phemio huius operis
tex.12.ꝛ.13.ſ.hēre operationē propriā.Scdm poſitū eſt
in ſcda huius tex.11.ſ.nō eſſe actum corporis.primū
quidem ſpectat ad operationē. Scdm aūt ad poten-
tiā:que eſt operationis principium:que pars eſt aie pſpe-
ctiua ab Ariſto.vocať:igitur vel ex proprietate operis
vel eleuatione potētie imortalitas anime inueſtigan-
da eſt.Et ſi non vis errare:per has gradere:ſed caue a
Prīa via. per accidens ꝛ cōmunibus. C Iuxta primam igiť viam
volentes progredi in ingreſſu op̄ cautiſſimos atq̄ cer
tiſſimos eſſe:q̄m lapſus eſt ſapientū in ianuis his. Ani-
mam enim habere propriam operationē dupliciter a
phis ſumptū inuenio in propoſito:primo propriā.i. ſine
cōmunicatione rei corporee:ſcdo propriā.i.ſine cōmuni
catione corporei organi.Et primo quidē modo accepiſ-
ſe ſe proprium in hoc fundamento Ariſto.manifeſtat
ibidē dicens.Maxime aūt aſſimilať proprio ipſum itel
ligere.Si aūt ꝛ hoc fantaſia q̄dam:aut non ſine fanta
ſia.nec hoc vtiq̄ cōtinget ſine corpore eſſe.Ubi euidē-
ter apparet:ꝙ ad hoc ꝙ intelligere ſit opus proprium aie:
requiriť vna negatio.ſ.ꝙ nō ſit fantaſia:ꝛ vna affirma
tio.ſ.ꝙ ſit ſine fantaſia.i.ꝙ non exerceať per organum
hoc.n.importat negatio fantaſie: ꝛ ꝙ ſit independens a
fantaſmate.hoc eni importat eſſe ſine fantaſia.Et q̄ ſic
vtebatur Ariſto.ly proprium:adcirco hanc ingreſſus ia-
nuam:quum in progreſſu non inueniſſet aliquod intel
ligere intellectus poſſibilis ſine fantaſmate:concluſit
animam per intellectum poſſibilē nullam habere pro-
priam operationē. C Alij vero phi in hoc Ariſto. pſtā
tes ly proprium ſumpſerunt ſcdo modo.i.ſine organo.
Crediderunt:ꝙ ſi intelligere eſt operatio abſq̄ cor-
poreo organo:ſeu cōprincipio corpore elicita: ꝙ ipſa
eſt propria operatio anime.ita ꝙ talis proprietas ſuffi
cit ad inferendā ſeparabilitatē itellectus poſſibilis ſ̄m
rem a corpore.Et q̄ in progreſſu inuenerunt:ꝙ intelle
ctus poſſibilis operatur ſine organo:idcirco intulerūt
aiam cum intellectu poſſibili imortalē. Uis ergo tota
huius vie conſiſtit in hoc principio: an.ſ.ad huiuſmodi
proprietatē ſufficiat negatio organi an non; ſed exigať
etiam eſſe ſine fantaſia.i.negatio obligationis ad fan-
taſmata. C Et ſi ad Ariſto.reſpexerimus:inueniemus
abſq̄ omni probatione expoſitionē ſuā poſuiſſe:ex quo
proceſſu accipio ego:ꝙ ipſe expoſitionē ſuā probatam eſſe
voluit ex vi illius conditionalis:quā exponendo aſſum-
pſit.ſ.ſi intelligere eſt fantaſia:aut nō ſine fantaſia: nō
erit hoc ſine corpore:hec enim conditionalis eſt per ſe no
ta:q̄m fantaſia in corpore:ꝛ cum corpore: corporeaq̄
eſt.Ac per hoc ſi intelligere eſt obligatū fantaſie:ita ꝙ
ſaltem nō eſt ſine illa:op̄ ꝙ intelligere nō ſit ſine cor-
pore. C Alij vero phi expoſitionē ſuā probant ex hoc Alioꝝ pho
ꝙ id qđ eſt per accidens non parit iudiciū de incorru- rū poſitio.
ptibilitate rei:ꝛ cōſequēter nec de proprietate: ex qua ha
hereť incorruptibilitas.Obligatio aūt ad fantaſiā in-
tellectus intelligētis abſq̄ corporeo organo ineſt tali
intellectui per accidēs.ergo. Prima propoſitio pʒ:q̄ cor
ruptibile ꝛ incorruptibile ſunt differētie ſubſtātiales.
Scda vero probať ex eo:ꝙ potētia cuius eſſe non niſi per
accidens eſt in corpore:eius operari in ſe: non niſi per
accidens pendet a corpore.Dico autē operari in ſe ad
differentiā operationum aliis:vt mouere:operatio nam
q̄ imanens:que propria eſt operantis pfectio:naturam
ſui principij ſic aſſequiť:vt rōni cōſonū oino ſit:qđ cuius
eſſe eſt independens:eius talis opatio ſit independēs:
ꝛ cuius eſſe eſt in corpore:eius operatio pendeat a cor-
pore:ꝛ cuius eſſe per accidens eſt in corpore: eius quo-
q̄ operatio per accidens pēdeat a corpore. Cōſtat aūt
ꝙ intellectus ſine organo non niſi per accn̄s eſt in cor
pore:ex eo.n.qđ non hʒ organū:non hʒ ſubiectum cor-
poreum:organum enim eſt:in quo primo eſt potētia.vt
in ſcdo huius tex.122.eſt habitum:ex eo vero ꝙ nō eſt
in ſubiecto corporeo:ſequiť ꝙ accidat ſibi eē in corpo-
re. C Nec obſtat huic proceſſui ſiquis obijciat:ꝙ eſſe Obiectio
in corpore ipſius potentie:ꝛ pendere operationis a cor 3 cos.
pore ſunt alterius rōnis.nā illud eſt ſubiectiue: hoc eſt
obiectiue:ꝛ propterea proceſſus hic nihil valet probando
ſecundam propoſitionē. C Ad hoc enim dicendum eſt: Solutio.
ꝙ licet hec ſint diuerſarū rōnum: vt obijciendo bene-
diciť:tm̄ ſunt proportionaliter ſe concomitantia vt cauſa
ꝛ effectus.ita ꝙ modus eſſendi ſubiectiue ipſius potē-
tie eſt cauſa modi pendendi obiectiue operationis im
manentis:modi aūt dico non cuiuſcunq̄.ſ.ad ſubſtan
tiam ſpectantis:de quo eſt ſermo preſens.Si enī vis
viſiua non eſſet actus oculi:ſed ſeparata a corpore:vi-
ſio non per ſe pēderet a corporeo obiecto. vt patet ꝛc̄.
C Ad rōnem aūt:que mouit Ariſto.ſ. ſi intelligere eſt Sola° ad
fantaſia:aut nō ſine fantaſia:non erit hoc ſine corpore rōnē Ariſt.
ſed itelligere eſt non ſine fantaſia. ergo intelligere nō
eſt ſine corpore.ꝛ ſic non propriū aie. Reſponderi pōt
ꝙ intelligere eſſe cū fantaſia pōt dupliciter intelligi.
Primo modo abſolute:neceſſario:ꝛ per ſe. ꝛ ſic condi-
tionalis eſt vera:ſed minor falſa: q̄m intelligere anie
noſtre non abſolute:ſed vt tale:puta materialium ſ̄m
quoſdam philoſophos:aut in principio ſ̄m alios:nec ne
ceſſario ꝛ per ſe:ſed propter modum eſſendi anime.ſ.
in corpore:eſt cū fantaſia.Scdo mō pōt itelligi de in-
telligere tali:aut per accidēs:ꝛ ſic conditionalis aſſumpta
nihil facit ad propoſitū:ꝛ tm̄ ſic tm̄ verificať minor.ſ.ꝙ
ſine fantaſmate nihil itelligit aia:q̄uis vt dictum eſt:
Ariſto.crediderit eā ſimplr:ꝛ per ſe verā eſſe.Et q̄m in
via hac ambulātes vtunť itellectu ſine organo:qđ pe-
rinde eſt:ac ſi diceret itellectū eſſe ſ̄m rem ſeparatū a
corpore:qđ ſpectat ad ſcdm principiū inueſtigandi imor
talitatē intellectus poſſibilis. Ideo de hac ſcda via vi
dendū nūc eſt ēt dupl̄r.ſ.ſ̄m Ariſto.ꝛ ſimpliciter.
C Scito igiť:ꝙ in hac via propter occultū per accidēs De 2ª via
maxime videť difficultas.Quum.n.itellectus poſſibi videndū ē.
lis ſit itellectus:ꝛ ſit res q̄dam:ſi ſpecteť quatenus in-

tellectus:nõ eſt difficile inuenire ipſum ſeparatũ a cor
pore ꝓcedẽdo a rebus itelligibilibus:vt ꝓceſſit Ariſt.
A tex. ſcḋo vſq̧ ad 8m in ꝑncipio huius tertij.ſi aũt ſpectet̃ vt res qḋdã:nõ fa
cilis pꝫ via ad hoc inueſtigandũ. ⁋ Unde Ariſto. q̃ꝟ
uis vtrãq̧ viã ꝓpoſuerit:nõ tñ vtrãq̧ olſariaꝫ eſt ꝓ
ſequutus.imo cautos lectores reddidit de termino hu
ius vie in prohemio dicens in tex.13.ꝙ erit de aīa ſicut
de recto:cui inq̃tũ rectũ multa accidũt ⁊c̃. niſi hẽat
opus ꝓpriũ.Ex quibus manifeſte vult:ꝙ ſcḋa hec via
de ſeparatione potẽtie a corpore nõ ducit ad veraꝫ ſe
parationẽ ſm eſſe niſi ducat ad opus ꝓpriũ:q̃uis du
cat ad ſeparationẽ formalẽ a corpore. Quia igit̃ apud
ipſuꝫ ex ꝑma via intellectus poſſibilis nullã hꝫ ꝓpriã
operationẽ:⁊ ex ſcḋa via itellectus idẽ eſt ſeparatus a
corpore. cõſequẽs eſt iuxta documẽta data ab ipſo in
ꝓhemio:vt intellectus poſſibilis ſit ſeparatus a corpo
re nõ realr̃:ſed formaliter.vt ſuperius expoſuimus.Et
hoc eſt dicere:ꝙ quatenus intellectus eſt ſeparatus ne
gatiue.i.non cõiunctus. ſed quatenus talis res eſt:ſm
eẽ eſt in corpore:⁊ corpore tali ⁊c̃.Et ꝓpterea de itelle
ctu agẽte nũc loquẽs inuẽto in eo ꝓprio opere.ſ.ꝙ nõ
q̃nq̧ qḋẽ intelligit ⁊ q̃nq̧ nõ:dixit ꝙ ſeparatus eſt ſo
lus in hoc qḋ vere eſt.i.in eẽndo ad d̃riam ſeparatiõis
formalis tñ:q̃ ẽt ꝯuenit intellectui poſſibili ⁊c̃. Et hec
poſitio maxime cõſona videt̃ doctrine ipſius Ariſto.
alibi dũ felices homĩes ꝯſtituit nõ ſimplr̃:ſꝫ vt hoĩes
in ꝑmo ethicoꝝ.⁊ in.12.metaph.tex.com.39. deductio
inquit qualis optima paruo tẽpore nobis:illis autẽ.ſ.
itelligẽtijs ꝑpetua eſt ⁊ ꝯtinua ⁊c̃.Cõmunis ſiqdẽ ani
mi ꝯceptio eſt:vt q̃ẽadmodũ credit̃ homo hẽre itel
lectualẽ nãm:ſic ⁊ beatitudinẽ.Qui.n.hominis ſubalẽ
partẽ putant eẽ intellectualẽ ꝑ ſubam ſuã ponunt ꝯſe.
quẽter in ea capacitatẽ felicitatis ſimplr̃ ⁊ eterne.Qui
vo putant vt Ariſto.hominis partẽ eẽ intellectualẽ ꝑ
participationẽ luminis intellect⁹ agẽtis:ponunt conſe
quẽter ꝙ non eſt capax felicitatis niſi ſm quid ⁊ ad tẽ
Rñſio ad auctorita tes in ꝯriũ. pus ⁊c̃. ⁋ Ad auctoritates eiuſdẽ:que aduerſari vidẽ
tur facile reſpõdet̃:ꝙ in oĩbus que de ſeparatione itel
lectus poſſibilis dixit:intendit de ſeparatione forma
li:q2 vt ipſemet docuit nõ ducunt ad aīaꝫ magis ſepa
ratam q̃ꝫ rectũ:ſi ad opus ꝓpriũ nõ venit̃.Nihil ergo
ꝓhibet quaſdã aīe partes ſeparari ꝑꝑ id ꝙ nulli⁹ cor
poris ſunt actus in eẽndo:ſꝫ nulla inuẽta eſt niſi itelle
ctus agens:de quo verificat̃ apud eũ:ꝙ ſeparat̃ tanq̃ꝫ
ꝑpetuũ a corruptibili:q̃uis de tota pte itellectiua ap
pareat. ⁋ De foris quoq̧ mentẽ aduenire credit:q2 lu
men intellectuale quo intellectus poſſibilis potẽs eſt
ꝓxime ad intelligendũ:mẽtiſq̧ rõnem hr̃e: ab intelle
ctu agẽte eſt. ⁋ In.12.deniq̧ metaphyſice nihil reſpõ
dendo affirmare ſe oſtendit:quũ inchoat a ꝯditionali
dicens.vt ſi eſt aīa talis:nõ omnis forſan: ſꝫ intellect⁹
vbi manifeſte pꝫ:ꝙ omnia ſub illa ꝯditionali ſtant: ſi
eſt animus talis ⁊c̃.Ex hoc ergo textu hoc ſolum habe
ri põt:ꝙ Ariſto.manifeſte putauit animam intellecti
uam nõ eſſe ante corpus:⁊ ſub dubio reliquiſſe: an ſit
poſt:vt facile pꝫ ꝯferẽti:hec quo ad Ariſto. ⁋ Super
eſt vt ſimpliciter tractemus rem hanc: vt locũ tñ de
cet.Colligẽdo igit̃ ꝑncipia viaſq̧ dicimus:ꝙ via ꝓprij
operis ſola opꝫ ꝙ ducat ad opus in nobis: neq̧ fanta
ſiam:neq̧ cũ fantaſia. Notãter aũt dixi ſola q2 admix
ta ſecunde vie nõ exigit hoc.vt ſuperius viſum eſt.Se
cunda aũt via ſeparatiõis potẽtie ſola opꝫ ꝙ ducat ad
ſeparationẽ non ſolũ formalẽ:ſed ſm eſſe in reruꝫ nã.
vt pꝫ ex dictis.Et q2 iuxta ꝑmã viaꝫ ſolã nõ venit̃ ad
opus ſine fantaſia.vt experientia teſtari videt̃.Nullũ

eñ ſcio adhuc inuentũ hoĩem:qui teſtet̃ ſe intellexiſſe
aliqḋ abſq̧ fantaſmate oino:q̃uis multi dicãt hoc eẽ
poſſibile.et ꝑma rurſus admixta ſecũde verũq̧ tran
ſita eſt.Ad ſecundã vnde tota pendet huius rei certitu
do:ꝓperandũ eſt vtendo ꝓpoſitionibus:qbus vſus eſt
Ariſt.in h tertio. Ex hoc.n.ꝙ itelligere eſt pati ab in
telligibili:ſicut ſentire a ſenſibili:optime infert̃ ꝙ itel
lectus eſt potẽtia ad itelligibile:⁊ nullius intelligibilis
nãm in ſe hꝫ:ſicut nec ſenſus hꝫ in ſe nãm alicui⁹ a ſe
ſenſibilis.Opꝫ ergo ſi oīuꝫ mãliũ naturas ītelligere
põt ꝙ nullius ſit nãe mãlis in actu: ſed ſit potẽtia ad
oẽs mãles naturas:hec ratio nõ ſolũ intellecta forma
liter:ſed etiã realiter:⁊ ſm eſſe ꝯuincit.Quoniã in ſen
ſu manifeſte apparet:ꝙ ſiue per ſe:ſiue per accidẽs ali
quid ſenſibile admiſceat̃ ſenſui:impedit̃ ſenſus.vt pꝫ
in guſtu infirmi:⁊ potes ratiocinari ſuper hoc ſic.Sen
ſum ad hoc vt omnia ſua ſenſibilia cognoſcat opꝫ non
ſolũ formaliter:ſꝫ realiter nõ eſſe iunctũ vlli ſuoꝝ ſen
ſibiliũ.ergo intellectũ ad hoc vt cognoſcat oīa mãlia
opꝫ nõ ſolũ formaliter:ſed realiter nõ eſſe iunctũ mã
libus.Hanc rõnẽ ſubterfugere nec ipſe poſſet Ariſto.
niſi forte negando ꝙ poſſe cognoſcere oīa mãlia ꝯue
niat intellectui noſtro in rerum nã:q̃uis ꝯueniat ei in
abſtractione.ita ꝙ differẽtia inter ſenſum ⁊ itellectuꝫ
quo ad ꝓpoſitũ ſtet in hoc:ꝙ ſenſus hꝫ duo.primo ꝙ
de eo abſolute verificat̃:ꝙ põt cognoſcere oīa ſenſibi
lia ſui generis.ſcḋo ꝙ de eo in exercitio verificat̃:ꝙ co
gnoſcit actu vel potẽtia oīa hmõi ſenſibilia:itellectus
vero hꝫ ꝑmũ tñ.ſ.ꝙ de eo abſolute verificat̃:ꝙ exten
dit ſe ad oīa mãlia:ſꝫ in exercitio poſitus nõ ſe extẽdit
ad oīa.ita ꝙ itellectus noſter abſolute eſt vere exten
dens ſe ad cognoſcẽdum oīa.Intellectus tñ noſter ſic
extendens ſe ad omnia nõ inuenit̃ in rerũ nã:ſicut re
ctum abſolute vere tangit ſperã in puncto: rectũ tñ ſic
tangens nõ inuenit̃ in rerũ nã. ⁋ Hec reſpõſio q̃uis
ſit vltima fuga:nõ euadit:quin ꝯcedere oporteat mul
ta inconuenientia.Primũ ꝙ in rerũ nã nõ magis inue
nit̃ intellectus noſter in oīa fieri:ꝙ motus velocitabi
lis in infinitũ:qui nõ dat̃ in re:ſed in abſtractiõe:⁊ hoc
nõ ſolũ opꝫ ꝯcedi de intellectu in oīa fieri:ſꝫ ſimplr̃ de
intellectu ⁊ de ipſius intelligibilitate:hec.n.ſeparatio
nem exigunt a mã ſm rem.vt diffuſe oſtendit in ſcḋo
S.Thom. ꝯtra genti. ꝯtra gentiles capitulis.49.50.⁊.51.Secundũ eſt ꝙ ſm
rem intellectus noſter nõ recipit imaterialiter:ſed in
diuidualiter:⁊ ſic nõ cognoſcit vniuerſale.Tertiũ eſt
ꝙ aīa noſtra nõ eſt vere ſubſtãtia intellectualis:ſed ſu
prema inter ſenſitiuas irradiata lumine itellectus agẽ
tis:demonſtrat̃ eñ in ſcḋo cõtra gẽtiles cap.55.ꝙ oīs
ſubſtantia intellectualis eſt incorruptibilis. ⁋ Quar
tum eſt ꝙ nã fuit ſollicita ⁊ efficax magis circa ſenſiti
uoꝝ gradus q̃ꝫ circa intellectualiũ:opꝫ.n.infimũ itelle
ctuũ gradũ.ſ.purã potentiã nõ iueniri:ſi aīa noſtra nõ
eſt intellectiua niſi per participationẽ. Quintuꝫ eſt ꝙ
doctrina a ꝑncipio huius tertij vſq̧ ad tex.17. non niſi
extorte.ſ.in abſtractione verificari põt:quã tñ vt expo
nendo patuit ſm rem opꝫ aſſerere vt veritati ꝯſonet.
Mentem auctoris ꝑcipe. ⁋ Propter hec igit̃ ⁊ rationes poſitas ſupra: ⁊ in locis
allegatis cõmuni animi ꝯceptioni hoĩum ꝯſentiendo
hoĩem cõpoſitũ ex nã ſenſitiua ⁊ vere intellectiua fa
teamur.Ac per hoc intellectũ habentẽ:qui in rerũ nã
poſitus eſt omnia fieri.ꝓpter hoc ꝙ nullius corporis
eſt actus:ꝑꝑ qḋ nihil ꝓhibet ipſum ſeparari a corpore
īmortalẽ eſſe ⁊ ꝑpetuũ.Plus.n.he rõnes valent q̃ꝫ ne
gatiua Ariſto.q2.ſ.nõ inuenit in eo opus ſine fantaſia:
qḋ ꝯſtat ex dictis nõ verificari niſi per accidẽs: ⁊ pro

pterea

pterea nō eſt mirū etiā tam ſapientē virū in hoc falli.
¶ Quoniā aūt veritas ſtudioſas mentes attrahit: in
hoc ꝯuenerūt pħi ꝑclari ⁊ nominati: ꝙ intellectus no-
ſter cum ipſa noſtra aīa partim eſt ꝯiunctus corpori:
⁊ partim ſeparatus ab eo:ꝗuis diuerſimode id inter-
pretati fuerint: ⁊ quō quidē hoc intellexerit Ariſto. ſa-
ti dictū puto. Preceptor aūt eius Plato ꝯiunxit aīam
corpori vt nautā naui: ſeparatīqȝ ꝓinde ipſum a cor-
pore ſm eſſe. Auerroys vō ſeparans quoqȝ aīam intel
lectiuā ſm eſſe a corpore: ꝯiunxit ipſam eidē in operā-
do tm̄ operationē tamē īmanentē. Auicē. aūt: Albertꝰ
Diuus Thomas: ⁊ tandē veritas ipſa iungunt animā
intellectiuā corpori ſm eſſe: ⁊ ſeparant eam ab eodem
ſm independentiā. ¶ Ad cuius euidētiā ſcito ꝙ inter
formas mālesque .ſ. educunꝰ de potētia māe: ac per
hoc dependent ſm eſſe a mā vtpote earū cā: ⁊ formas
ſeparatas omnino a mā: que in ſeipſis ſubſiſtunt ſine
omni cōmunicatione ſui eē in mā: quas angelos dici-
mus. rōnabile mediū poniꝰ forma ſm eē indepēdens
a mā: ⁊ tn̄ cōmunicās ſm eē in mā. q̄ ex independētia
hȝ: ꝙ nō eſt educta de potētia māe: ⁊ ex cōmunicabili-
tate ꝙ in mā ſit: ⁊ ꝙ mā participet eē illius. Talē aūt
formā fatemur eē aīam intellectiuā. ita ꝙ ſic ſolū ſal-
uaꝰ: ⁊ ꝙ eſt vere imālis: ⁊ itellectualis: ac per hoc hřis
opus ꝓpriūȝ: ⁊ imortalis: ⁊ ꝙ eſt vere forma ſpecifica
hoīs numerata ad numerationē hoīum. Cōſonatqȝ to
ti pħie adeo: vt hinc quocūqȝ declinaueris: ad aliqđ
incōueniēs ducens. Siſtens aūt hic nullū in pħia ſcru
pulū offendes: ꝗuis obſcura q̄dā ex adiūctis relinque
renꝰ. ¶ Nō eſt enī mirabile. imo valde ꝯſonat pħie:
vt talis forma media inueniaꝰ: vt mā eleueꝰ ad parti-
cipationē forme īfime inter imāles: vt ꝯſtituaꝰ cōpo
ſitū n ex nā ſenſibili ⁊ intellectuali. Conſonatqȝ cōſe-
quenter vt huiuſmodi forma: eo qꝫ imālis eſt ordinis:
potentiā habeat: que nō ſit actus corporis: operationē-
qȝ ꝓpriam: eo vō qꝫ iuncta eſt corpori ſm eſſe: vt hanc
operationē ꝓpriam nō exerceat ſine corpore. cui com-
municat ſuū eſſe. Et rurſus eo qꝫ imālis eſt ordinis nō
educta a mā: nec pendens conſequēter ab ea: corrupto
corpore nō deſinat: ſed eſſe ſuum retineat. Eo vō quia
eſt cōmunicata corpori vt forma. vt ſit ratio eēndi ipſi
corpori: ⁊ breuiter vt omnia ſuppleat: que alie inferio-
res forme facerent: nō illo imperfecto mō: quo ille fa-
cerent: puta cum ſui imerſione: dependētia: ⁊ extenſio-
ne: ſed excellentiori mō: ꝯtinet ſiquidē omnes alias vt
tetragonū trigonū. ¶ Et vt nouitq argumētationibꝰ
quas aliqui vt efficaces afferunt: nō fallanꝰ: pro eorūȝ
ꝯſolatione ſoluere eas curam ex eiſdeȝ fundamentis.
Jādunꝰ 3° de aia .q.5. ⁊ mlti alq. ¶ Arguūt igiꝰ pmo. Anima ſ intellectiua parte requi
rit ad ſui exiſtētiā in mā determinatas diſpoſitiones.
ergo eſt corruptibilis. ¶ 2°. Ratio eſſendi aīe intelle-
ctiue eſt. vt ſit quo aliquid eſt. ergo non pōt ſeparari a
mā: antecedens ꝓbaꝰ: qꝫ in hoc differt forma iformās
a forma ſeparata: cōſequētia pȝ qꝛ ceſſante rōne eēndi
alicuius: ceſſat illud. ¶ 3°. Unio ſm eſſe aīe intellecti
ue ad corpus nō eſt ſubſtātia: nec accidens. ergo aīa in
tellectiua nō eſt vnita ei ſm eē. Antecedens pȝ ꝓ pri-
ma parte: qꝫ aliter ſubſtantia illa corrūpereꝰ: pro ſcđa
vero: qꝫ ſic eſſet vnio accidentalis. ¶ 4°. Anima intel-
lectiua eſt forma iuncta corpori ſm eē. ergo recipit in-
diuidualiter. ergo nō intelligit: aut itelligere recipitur
in corpore: qđ nec eſt verū per ſe: neqȝ per accidens: cō-
ſequentia ꝓbaꝰ: qꝫ quicquid recipiꝰ in recepto in cor-
pore: recipiꝰ in corpore: lȝ mediate: ſicut color receptꝰ
in ſupficie recipiꝰ mediate in ſubā ſubita ſupficiei: ⁊ b
eſt potiſſimuȝ fundamentū aduerſe partis ex ꝓprijs.
¶ Arguitur ⁊ fortius. Qꝫ nulla potētia eſt ſeparatior
eſſentia cuius eſt. ergo intellectꝰ eſt actus corporis: aīs
pȝ: qꝫ potentia oritur a ſubſtantia: vel eſt eadem illi: cō
ſequentia probatur: quia ſubſtantia anime intellecti-
ue eſt actus corporis: ⁊ hec ratio eſt fortis valde.
¶ 5°. Anima intellectiua eſt forma dans eſſe forma-
liter corpori. ergo eſt figurata ſaltem per accidens: ꝓ-
batur ſequela: qꝫ ſubiectuȝ figure eſt homo cōpoſitus
ex materia pma ſolā ⁊ anima itellectiua apud te: pars
ergo ſubiecti eſt aīa intellectiua. ergo per accidens ſal
tem figurata. ¶ 6°. Si aīa intellectiua eēt forma cor-
poris indiuiſibilis apud te. ergo manus itelligit. ꝓbaꝰ
ſequela: qꝫ manus eſt corpus cōpoſitū ex aīa intellecti
ua ⁊ corpore ⁊c. ꝓpterea aīa itellectiua eſt forma indi
uiſibilis in toto corpe. q̄ idē indiuiſibile ſimul mouet
⁊ quieſcit: pȝ ſequela: quieſcente vna manu ⁊ mota alia.
¶ Ad ſolutionē horum nō opȝ alia iacere fundamēta:
vt eo verior oſtēdaꝰ doctrina: quo ex poſita quiditate
omnes difficultates ſoluanꝰ. Scito igiꝰ: ꝙ qꝛ aīa in-
tellectiua media eſt forma: ⁊ ſic imālis eſt ordinis. vt
nō reſpuat cōmunicationē māe: ipſam participat: ⁊ ſui
generis ꝯditiones intrinſecas: ⁊ eminentiori mō hȝ ⁊
ꝯtinet ꝑfectiones: virtutes: ⁊ efficaciam: vt ſe tamē de-
cet oīum inferioꝝ formarum ad ſe ordinatarūȝ: ſicut
tetragonū ꝯtinet trigonū: ⁊ hinc fit vt exerceat ⁊ actus
ſui imālis ordinis intelligēdo ⁊c. ⁊ actus formaꝝ mā-
liū formādo: figurādo ⁊c. ſed ſicut ſuperiores actꝰ mo-
dificat ex mō eēndi in corpore. ita īferiores eleuat ex
ſua indepēdētia ad corpus. Ut. n. docuit Ariſto. in tex.
3l. ſecūdi libri. aīe ſe hñt ſicut in figuris: ꝙ ſemꝑ in eo:
qđ ꝯſequēter: eſt id qđ eſt prius eſt in potētia .i. virtua-
liter: vt trigonum in tetragono: ⁊ hoc ſi diligēter inſpe-
xeris: ceſſabis admirari multa: que alij mirantur.
¶ Ad pmū ergo in oppoſitum dicendū: ꝙ qꝛ antece-
dens eſt ambiguum: opȝ diſtingui. ſi. n. ly in mā deter-
minet exiſtentiam: antecedens eſt verū. vt pȝ: ſed cōſe
quētia nihil valet: qꝫ ex hoc ꝙ forma exigit certas di-
ſpoſitiones. ad hoc ꝙ ſit in mā: nō ſequiꝰ ꝙ ceſſet ab-
ſolute ceſſantibus illis: ſed ꝙ ceſſet eſſe in mā ceſſanti
bus illis. Si auteȝ ly in mā determinet diſpoſitiones.
Antecedens eſt falſum ſimpliciter: qꝛ aīa intellectiua
nō ad ſuam exiſtentiam abſolute: ſed ad ſuam exiſten
tiaȝ in mā: opȝ ꝙ habeat diſpoſitiones quaſdā in illa.
¶ Ad ſcđm diciꝰ: ꝙ eſſe quo aliquid eſt: duplr cōtin-
git. ſ. ꝑciſe ⁊ nō ꝑciſe. Aīa intellectiua hȝ ꝙ ſit quo ali
qđ eſt: ⁊ ꝙ ſit ēt qđ in ſeipſa ſubſiſtit: hoc qꝫ imālis: il-
lud qꝫ forma alterius: ⁊ ꝓpea aīs cū ꝑciſione intelle-
ctum eſt falſum: in quo ſolo ſenſu ꝓcedit ꝯſequētia ⁊
argumētum. ¶ Ad tertium autē: qđ eſt ex cōmuniſſi-
mis omnibus formis informantibus. Cōmuniſſima
reſponſio eſt: ꝙ vnio forme cum mā ſumiꝰ dupliciter:
formaliter. ⁊ ſic eſt relatio: ⁊ fundamētaliter: ⁊ ſic non
ſignificat vnam rem ſimplicē vt argumētūȝ ſuppone-
re videꝰ: ſed ſignificat mām eſſe actualiter ſub forma
⁊ formam informare mām: hec autē importans mani
feſte ipſas cauſas mālem ⁊ formalem cum ſuis cauſa-
litatibus. Unde hec vnio nihil eſt mediū inter formā
⁊ mām: ſed dicit vtrūqȝ ſimul: ⁊ dicit cōpoſitum reſul-
tans: qđ in ſubſtantijs eſt ſubſtātia: que corrumpiꝰ: in
accidentibus vō eſt accidens. Quū ergo diciꝰ vnio aīe
ad corpus nō eſt ſubſtātia: nec accidens: diciꝰ ꝙ vnio
fundamētalis: de qua eſt ſermo eſt ſubā: nō vna: ſȝ due
ꝯcurrentes ſimul in vnā ſubſtantiā cōpoſitā tertiaȝ ex
illis ꝯſtantē: cuius eſt generari ⁊ corrūpi: nō. n. opȝ que

rere quomõ ex aĩa ⁊ corpore fiat vnum. dixit Ariſto. ſicut nec ex cera ⁊ figura. Sꝫ oporteret bene ab Auerroy. Platone: ⁊ alijs querere quomõ fiat vnũ. ¶ Ad quartũ aũt: qð eſt Achilleũ negãda eſt ſequela: ⁊ ad illã maximã dicendũ eſt: ꝙ non tenet niſi in ſuſtinentibus ⁊ ſuſtentatis. ita ꝙ exiſtentibus tribus: quorum primum ſuſtinet ſcðm: ⁊ ſcðm ſuſtinet tertiũ: bene ſequitur tertium eſt in ſecũdo. ergo ⁊ in p̃mo: ſed ſi tertiũ ſuſtinetur in ſecundo: ſcðm aũt nõ ſuſtineatur in p̃mo: q̃uis ſit in ipſo p̃mo: nõ ſequitur tertiũ eſt in ſcðo. ergo eſt in p̃mo: q: põt eſſe in ſcðo: vt nõ ſuſtentatur a primo. Et ſic eſt in ꝓpoſito. nam intelligere ⁊ intellectus eſt in aĩa intellectiua: ⁊ ſuſtinetur ab illa. ipſa aũt aĩa: lꝫ ſit in corpore: nõ tamen ſuſtinetur a corpore: q: independens eſt ſm eſſe ab illo. Et ſi inſtetur ꝙ ſaltẽ per accidens intelligere erit in corpore: reſponderi põt iuxta doctrinam octaui phyſicorum tex. cõ. 52. vbi anima celi ꝯceditur moueri per accidens: nõ q: ad ipſam per accidẽs pueniat motus: ſꝫ q: motũ ab ea mouetur ad motũ alteri⁹. Hac igitur rõne intelligere per accidens eſt in corpore: nõ q: eſſe in corpore perueniat ad ipſum intellectuꝫ ⁊ itelligere per accidens. ſed q: id: in quo eſt participatur a corpore. ¶ Ad quintũ formalr reſpõdendo dicitur ꝙ eſt ſophiſma figure dictionis: mutatur .n. magis: in quo mõ: aut ecõtra. Ad rem aũt dõm ꝙ intellectus nõ eſt abſtractior: aut ſeparatior ſubſtãtia aĩe intellectiue: ſꝫ eſt alio mõ abſtractus a corpore q̃ illa. Subſtãtia eni intellectiua eſt ſeparata ſeparatione dependentie ſubſtantialis in eſſendo: ⁊ hoc ex ſe: intellectus aũt eſt ſeparatus ſeparatione actuationis: q: nõ actuat corpus: ſed omnis ſeparatio intellectus. i. ſm nõ actuationem ⁊ ſm independentiaꝫ oritur ex illa ſimplici ſeparatione anime: qua in ſe im̃aliter ſubſiſtẽs põt per ſe ſolã operari. Et ignorantia huius ſeparationis Ariſto. Alexandrum: Auerroym: ceteroſqꝫ ſeq̃ces a vo abduxit. Hec enim eſt: que eleuationẽ aĩe ſupra m̃am ⁊ corpus ponit: actum corporis ſaluat: ⁊ cum hoc ſine corpore operantem ⁊ potentẽ ſubſiſtere ⁊c̃. ¶ Ad ſextũ iam pꝫ reſponſio: negatur ſiquidẽ aĩam intellectiuã ſequi eſſe quo quo modo figuratã: ⁊ ꝯceditur ꝙ ſubm figure eſt homo cõpoſitus ex m̃a p̃ma ⁊ ſola aĩa intellectiua: ſed homo nec aĩa: nec m̃a eſt etiã ſimul ſumpte: ſed tertia ſubſtãtia: ſicut ba ſillaba: nec eſt. b. nec. a. nec. b. ⁊. a. ſed. ba. Et vt imponatur vltimũ ſilentiũ his adiungito: ꝙ aĩa intellectiua: q: virtualiter ꝯtinet quicquid poſſunt forme preambule: facit formaliter quicquid ille facerent retenta ſimplicitate: ⁊ indiuiſibilitate ſua: ⁊ hoc ex ſua eminentia. Cõmune ſiquidẽ eſt ſuperioribus formis preambularũ opera eminẽtius facere. Unde ſicut nõ eſt mirum: ꝙ anima bouis cum hoc ꝙ nõ continet vegetatiuã formaliter: ſed virtualiter ſm doctrinã Ariſt. dicentis ꝙ continet illam in potentia: vt tetragonum trigonum facit formaliter bouem vegetatiuũ: ⁊ quicquid faceret vegetatiua eminẽtius. adeo vt ſm diuũ

S. Thom. pª parte q. 76. arti. 4. ⁊ q̄ð. 10. de anima. Thomã nõ ſit diuiſibilis ad diuiſionẽ ſubiecti: qð experientia quoqꝫ teſtatur: ita mirandũ nõ eſt: ſi aĩa itellectiua poſtrema oĩum ſm ꝯſequẽtiã oĩum opera perficiat: ⁊ q̃tum ⁊ figuratũ faciat abſqꝫ ſui diuiſione ⁊ imperfectione. ¶ Ad ſeptimum negatur ſequela: ⁊ ꝓbatio plus exigit. Ad hoc enim ꝙ aliquod compoſituꝫ intelligat: non ſufficit cõpoſitum ex aĩa intellectiua ⁊ corpore: ſed opꝫ addere ⁊ corpore per ſe primo perfectibili ſeu ꝓportionato anime intellectiue. Tale autem nõ eſt manus: ſed ſolum hoc cõpoſitum: qð ſignificat homo. ¶ Ad octauum negatur quoqꝫ ꝯſequẽtia: q: aĩa intellectiua nõ mouetur etiã per accidens ad motum partis corporis: q̃uis bene moueatur per accidens ad motũ totius corporis: in quo eſt: ⁊ rõ eſt: q: qð eſt in loco tm̃ diffinitiue nõ mouetur per accidens niſi ad motũ eius: in quo eſt diffinitiue. Anima aũt intellectiua cõſtat: ꝙ nõ eſt in loco niſi diffinitiue. ⁊ ideo nõ mouetur per accidens localiter: niſi ad motum eius: in quo eſt diffinitiue. Anima autem intellectiua ad nullã ſuã partem: ſed tantũmõ ad totũ corpus cõparatur diffinitiue: q: eſſe diffinitiue eſt eſſe ita hic ꝙ nõ alibi: ⁊ iõ aĩa nec mouetur: nec quieſcit per accidens per partes corporis.

## ¶ De operibus intellectus. Cap. III.

Indiuiſibilium quidem igitur intelligẽtia in his eſt: circa que non eſt falſum. In quibus aũt ⁊ falſum iam ⁊ verum eſt: cõpoſitio quedam iaꝫ intellectuũ eſt: ſicut eorum que vnũ fiunt. Sicut Empedocles dixit. Uere multorũ quideꝫ capita ſine ceruice germinauerunt: poſtea compoſita ſunt concordia: ſic ⁊ hec ſeparata cõpoſita ſunt: vt aſſimetron ⁊ diametros: ⁊ vt ſimetron ⁊ diametros. ¶ Si autem factorum ⁊ futurorꝫ tempus cointelligens eſt ⁊ cõponens: falſum enim in compoſitione ſemper eſt: ⁊ nanqꝫ ſi album non albo: aut ſi non album albo componit: contingit aũt ⁊ diuidenteꝫ dicere oĩa. Sic ergo eſt non ſolũ falſum: aut verũ ꝙ albus cleon eſt: ſed ⁊ qð erat: aut erit: vnuꝫ aũt faciens hoc intellectus eſt vnũqðqꝫ. ¶ Indiuiſibile aũt quoniaꝫ dupliciter potentia aut actu eſt: nihil prohibet intelligere indiuiſibile cũ longitudinem intelligat. Indiuiſibilis eniꝫ actualiter eſt: ⁊ in tempore indiuiſibili. Similiter enim tempus diuiſibile ⁊ indiuiſibile longitudini eſt: non enim eſt dicere aliqd in medio intelligere vtrũqꝫ: non enim eſt niſi diuidatur: ſed aut potentia: ſeorſum auteꝫ vtrũqꝫ intelligens dimidiorꝫ diuidit: ⁊ tempus ſimul: tũc aũt eſt vt in longitudine. Si vero eſt ſicut ex vtriſqꝫ: ⁊ in tẽpore eſt qð in vtriſqꝫ. ¶ Quod aũt non ſcðm q̃titatẽ indiuiſibile eſt: ſed ſpecie: intelligit ⁊ indiuiſibili tempore: ⁊ indiuiſibili anime. Secũdum accidens aũt ⁊ non inquãtum illa diuiſibilia. qð intelligit: ⁊ in quo tẽpore. ſed inquantum indiuiſibilia. Ineſt aũt vtiqꝫ his aliquid indiuiſibile. ſed forte non ſeparabile qð facit tempus vnum. ⁊ longitudinem. ⁊ hoc ſimiliter in omni eſt ⁊ continuo. ⁊ tempore. ⁊ longitudine. ¶ Punctum auteꝫ ⁊ omnis diuiſio. ⁊ ſic indiuiſibile. monſtratur

Cõmẽ. 21. Cõmẽ. 22. Cõmẽ. 23. Cõm. 24. Cõmẽ. 25.

ſicut

ſicut priuatio: ⁊ ſimilis ratio in alijs eſt: vt
quō malum cognoſcit: aut nigrum: contra-
rio enim aliquo modo cognoſcit. Oportet
autē potentia eſſe cognoſcens: ⁊ eſſe in ipſo:
ſi vero alicui non ineſt contrarium: ipſum co
Cōmē. 26. gnoſcit ſeipſm. ⁊ actu eſt: ⁊ ſepabile. ¶ Si
autem dictio quidem aliquid de aliquo: ſi-
cut affirmatio vera eſt: aut falſa omnis: in-
tellectus autē non omnis: ſed qui eſt ipſius
quod quid eſt: ſcdm hoc ꝙ aliqd erat eſſe: ve-
rus eſt: ⁊ non aliquid de aliquo: ſed ſicut vi
dere proprij verum eſt: ſi autem homo albū
aut non: non verum ſemper: ſic autem ſe ha-
Cōmē. 27. bent quecunqʒ ſine materia ſunt. ¶ Idem
autem eſt ſm actum ſcientia rei: que vero
ſm potentiam tempore prior eſt in vno.
omnino autem neqʒ tempore. fiunt enim ex
actu ente omnia: que fiunt.

¶ Summa huius capituli hec eſt.

Diſtinctio IN his in quibus nō eſt falſum eſt indiuiſibiliumītelligētia.
In quibus autē falſum ⁊ verū eſt: cōpoſitio
qdā itellectuū eſt. Declarat̄ pmo hoc ſm
ex Empedoclis poſitione dicētis capita ſe
parata prius iuncta poſtmodū ⁊c̄. Extendit̄ deinde cō-
poſitio ad pterita ⁊ futura: qꝛ tūc interuenit cointelle-
ctio tpis ⁊ cōpō. Equat̄ poſtmodū cōpoſitioni diuiſio:
⁊ demū cū oīs hmōi vnitatis intellectus aſſeritur.
Pria ꝯ ¶ Intellectus intelligēs longitudinem nihil phibet: ꝙ
intelligat indiuiſibile: ⁊ indiuiſibili tpe. Probat̄ pmo
ꝙ intelligat indiuiſibile: qꝛ lōgitudo eſt actualiter in-
diuiſibilis. dupl'r. n. dicit̄ indiuiſibile. ſ. actu ⁊ potētia.
Probat̄ ſcdo: ꝙ in tpe indiuiſibili: qꝛ nō eſt in medio
tpe mediā lineā intelligere niſi linea diuidat̄. qd pro-
bat̄: qꝛ tēpus ↄdiuidit̄ lōgitudini: ſʒ linea nō eſt diuiſa
niſi in potētia. ḡ ⁊c̄. Declarat̄ tertio ly nihil phibet. i. ꝙ
h nō opʒ: ſʒ pōt eē: qꝛ lōgitudo pōt itelligi ſʒ ptes ſeor-
ſum: ⁊ tunc in diuerſo tpe intelligit̄: ⁊ pōt itelligi ſicut
cōſtans ex vtriſqꝫ: ⁊ tunc in tēpore: quod eſt in vtriſqꝫ.
Scda ꝯ ¶ Indiuiſibile nō ſm quātitatē: ſed ſpē itelligit indiui-
ſibili tpe: ⁊ indiuiſibili aīe. Declarat̄ pmo: qꝛ hec quare
nus diuiſibilia p accńs tam ex parte intellectꝰ ꝗ̄ tēpo-
ris itelligant̄: ſed p ſe īquātū idiuiſibilia. Scdo pbat̄:
qꝛ in iſtis eſt aliquid indiuiſibile: licet nō ſeparabile.
Tertia ꝯ ¶ Punctū: ⁊ oīs diuiſio: ⁊ ſic indiuiſibile mōſtrat̄ ſicut
priuatio. Declarat̄ a ſimili rōne in alijs: malo: nigro ⁊c̄.
⁊ extendit̄: qꝛ cōtrario hec quodāmō cognoſcuntur.
Quarta ꝯ ¶ Si alicui itellectui nō ineſt ↄ̄riū: ipſe cognoſcit ſeipſꝫ
⁊ actu eſt ⁊ ſeparabile. Probat̄ qꝛ opʒ potētia eſſe co-
gnoſcens: ⁊ eſſe in ipſo: ſi cognoſcit ↄtrarium cōtrario.
Quinta ꝯ ¶ Omnis dictio aliquid de aliquo: ſicut affirmatio eſt
vera aut falſa: intellectus autem non omnis: ſed qui
eſt ipſius quod quid eſt ſm hoc: ꝙ aliquid erat eē: ve-
rus eſt: ſicut videre proprij verum eſt.
Sexta ꝯ ¶ Sic ſe habent quecūqꝫ ſine materia ſunt: probatur:
quia idem eſt ſm actum ſcientia rei. Que vero ſm po
tentiam prior eſt in eodem: omnino autem neqʒ tem-
pore: quod probatur: quia omnia: que fiunt ex actu en-
te fiunt.

¶ Series autem hec eſt.

TRactaturus de operationibus intellectus. Pri
mo diſtinguit eas. Scdo tractat de pri-
ma quattuor pmis ↄcluſionibus: qua-
rum tres diſtinguunt̄ ſm triplex indiui
ſibile obm intellectꝰ poſſibilis. quarta
autē quō ad huiuſmodi obm ſe hēat in
tellectus agens oſtēdit. Tertio ponit̄ dr̄ia iter vtrāqʒ
operationem itellectus poſſibilis quinta ↄcluſione quo
ad verū ⁊ falſum. Quarto quō in ſe habeat intellectus
agens huiuſmodi opatonē oſtēdit ſexta ↄcl'one. ⁊ ſic
de vtroqʒ opere in vtroqʒ itellectꝰ tractatū eſſe vult.
¶ Circa diſtinctionē operū intellectus aduerte ꝗ̄tuor.
Primū eſt: ꝙ vtrāqʒ operationem phūs diſtinguit ex
obto ↄprio. incōplexo. ſ. ⁊ cōplexo: quā in hoc conſiſtit
eſſentialis earū differētia. ita ꝙ incōplexū vt ſic pmā
ſibi operationē vendicat: ⁊ ecōuerſo: cōplexum autē vt
ſic ſecundā: ⁊ ecōuerſo. Dico autē vt ſic: qm̄ ↄtingit icō-
plexum cōplexe: ⁊ cōplexū incōplexe intelligi. Impoſ
ſibile eſt autē incōplexum per modū incōplexi niſi pri-
ma operatione. ⁊ ſimil'r cōplexū per modū cōplexi ni-
ſi ſcda operatione intelligi ⁊c̄. Intelligit̄ autē aliqd p mo-
dum incōplexi: quū ſolo intuitu īſpicit̄: aut ſimplici in
teriori platione exprimit̄. vt hō: per modū vō cōplexi
quū enūtiatione iteriori dicit̄: vt hō eſt hō. Quia igit̄
itellectus ſimpliciſſimū pōt cōponēdo intelligere: ⁊ cō
poſitiſſimū pōt indiuiſibil'r intelligere. ac per hoc nul-
la videret̄ ex obiectis dr̄ia emanare. Nec error hic te
falleret in obtis: ⁊ ab obtis diſtictionē ſignificatiūe: qꝛ ſi
hec per ſe. cetera p accńs ſint. ¶ Scdm eſt: ꝙ pme ope
rationis obm Ariſto. nō ex negatiōe veri ⁊ falſi: ſed ex
negatiōe falſi notificauit: nō qn in eo ſit negatio ēt ve
ri: ſʒ qꝛ equocationē veri: quā in qnta ↄcl'one tāget: ac
declarabit vitare voluit: ꝗ̄uis ēt ſubintellectum dici
poſſit verū in falſi nomine. ¶ Tertium eſt: ꝙ diuiſio
nō diſtinguit̄ ↄtra cōpoſitionē: qꝛ ſi cōpoſitio in itelle-
ctu ſit adunatio duoꝝ ↄceptuum: ⁊ diuiſio ſit diſgrega-
tio eorūdē. Sicut ſi in rerū nā cōpoſitio eēt cōiunctio
capitis cū corpore: ⁊ diuiſio ſeparatio eorūdē abinuicē.
hoc. n. pcul eſt a veritate. Sed tā diuiſio ꝗ̄ cōpoſitio
eſt cōpoſitio itellectualis. ita ꝙ cōpoſitio eſt ꝗ̄ſi equo-
cum: qm̄ qnqʒ ſupponit p ipſo ſcdo opere itellectus: ⁊
ſic in lr̄a dicit̄: ꝙ in qbꝰ eſt verū ⁊ falſum cōpoſitio qdā
itellectuū eſt: ſicut Empedocles dixit ⁊c̄. ⁊ ſic nō diſtin
guit̄ ↄtra diuiſionē: ſed cōparat̄ ad ipſam vt totum ad
partē: qm̄ diuiſio qdā ſcda operatio intellectꝰ eſt: qnqʒ
vō ſupponit p ſcda operatiōe intellectus affirmatiua.
⁊ ſic diſtinguit̄ ↄtra diuiſionē: que ſignificat ſecundā
operationē intellectus negatiuā: ⁊ pʒ rō nominū: qꝛ af
firmatio repńtat ↄiunctionē: negatio ſeparationē: ⁊
qm̄ quicquid ↄtingit affirmare: ↄtingit etiā negare. idō
equat̄ in lr̄a diuiſio cōpoſitioni ⁊ econuerſo. ¶ Quar-
tum eſt: ꝙ hinc habes: ꝙ ſublato intellectu cōponēte
⁊ diuidente nulla remanet vnitas cōpoſitiōis: aut diui
ſionis: ⁊ ↄſequēter nulla ↄtradictio: que ſine his nō eſt
intelligibilis. Unū inquit lr̄a faciens vnūqdqʒ eſt itel
lectus ſine dubio cōponens: qm̄ ſimplici intelligētia:
quū vnū vt ſic reſpiciat: ex qbus vnum faciat non hʒ. Tex. 23.
¶ Circa pmā ↄcluſionē aduerte: ꝙ littera obſcura eſt:
⁊ videt̄: ꝙ lōgitudine trifariā vtat̄. pmo vt eſt qd indi
uiſum actu. ſcdo vt eſt diuiſibilis per partē poſt partē.
tertio vt eſt qd ↄſurgēs ex partibus. ita ꝙ pma ↄſide-
ratio eſt ↄtinui vt eſt diuiſibile: nō tn̄ diuiſum. ſcda vt
eſt diuiſum. tertia vt partes eius cōpulant̄ ad vnū ter

minū cōez: ⁊ vult ꝙ tꝰ ꝯſideratiōis reſideat lōgitudi ni ꝓportionalis: ſic ꝙ pme ꝯſideratiōis menſura eſt idi uiſa: ſcōe diuiſa: tertie quoq; īdiuiſa. Et tota hec ſollici tudo vi ꝯ Platonis vba in p̄ libr. allata in tex. cō. 47.

Tex. 24. ¶ Circa ſecundā ꝯcluſionē aduerte: ꝙ q2 in pmo libro tex. 48. cōtra Platonē diſputatū eſt: ꝙ intellectus nō eſt partibilis: ⁊ illatū pro incōuenienti: quō ꝑtibile im partibili: aut ecōuerſo intelligeř: nunc tractans de qdi tate ſenſibiliū: que eſt quodāmō partibilis: ⁊ quodam mō īpartibilis: q2 ſm ſpēm eſt īpartibilis: ſm ſubm vo eſt partibilis. vt pꝫ de nā hoīs indiuiſibili forma liter. ⁊ tn̄ partibili in plures partes mōe ſꝫ ſpēꝫ. vt car nes: oſſa ⁊ neruos ⁊c̄. determinat ꝙ huiuſmodi indiui ſibile anima intelligit. non ſolum tempore indiuiſibi li: ſed etiam indiuiſibili anime potentia: ⁊ ꝙ quatenus diuiſibilia indiuiſibilitatem ſapiunt intelliguntur ⁊c̄.

Tex. 25. ¶ Circa quartā ꝯcluſionē aduerte: ꝙ textus iſte lapſus eſt ſapientū ſequentiū Ariſtotelē niſi caute intelligař. Ad cuius euidentiam ſcito: ꝙ priuatio ſine contrariū pōt cognoſci per ſuū oppoſitū dupliciter. Primo tan ꝙ̄ per ꝓpriū cognitū: ⁊ hoc ꝯtingit dupliciter negati ue: ſicut viſus per nō imutari a lumine cognoſcit tene bras: ⁊ poſitiue: ſicut ex ꝓcognita rōne oīs diuiſibilita tis quātitatiue cognoſcimus punctum: qđ caret omni quātitatiua diuiſibilitate. Lōge aūt altero mō cogno ſci diciř ꝑuatio p ſuū oppoſitū: quū neutrū eſt ꝓpriuꝫ cognitū illius intellectus: ſed aliqđ aliud: in quo alteꝝ oppoſitoꝝ eminentius inſpiciř: ſicut ſiquis inſpiceret albedinē tanꝙ̄ ꝓpriū cognitū in ea: inſpiceret colorē ⁊ qualitatē: ⁊ eoꝝ negatiōes: ⁊ ſi perfecte albedineꝫ ſm totam latitudinem ſuā inſpiceret inſpiciendo ſingulos participationis ſue modos: in quo quiſq; ab alio defi ceret: ⁊ q̄ntum videret. qui enim videt albedinē partici pabilē vt ſex. vt quinq;: vt q̄ttuor: vt tria ⁊c̄. videt pro culdubio in quo ⁊ quātum participatio vna deficit ab alia. ¶ His prelibatis ſcito: ꝙ Ariſto. nolens abuti vo cabulis: cognoſci per oppoſitū appellat tn̄ cognitionē per oppoſitū tanꝙ̄ per ꝓpriū cognituꝫ: ⁊ vere optime loquiř. Et ꝓpterea dicit ꝙ intellectū cognoſcētē vnū oppoſitoꝝ per aliud opꝫ eſſe in potentia: ⁊ opꝫ alterus oppoſitoꝝ eſſe in ipſo. Oportet quidē eſſe in potentia: alioquin alteruꝫ oppoſitoꝝ nō poſſet eſſe ei ꝓpriū co gnitum. i. perficere ipſum per ꝓpriā ſpēm: vt cognituꝫ perficit cognoſcentē. ſi enī intellectus nō eſſet in poten tia: nunꝙ̄ poſſet perfici per alterū oppoſitoꝝ: ſed ꝑfice reř per intelligibile altius vtroq; oppoſitoꝝ. ſ. ꝑ ſeipſm. Unde declarans autor qualiter opꝫ intellectuꝫ eſſe in potentia: ſubdit: ⁊ eſſe in ipſo: quaſi diceret: ꝙ nō ſuffi cit eſſe in potentia: q2 omnis intellectus excepto pmo qui ſolus eſt actus purus: eſt in potentia aliquo modo: ſed opꝫ ſic eſſe in potentia: ꝙ alterū oppoſitoruꝫ ſit in ipſo: ꝓpter qđ ſi alicui intellectui nō ineſt alterū con trarioꝝ: ipſe eſt actu per ſeipſum. ⁊ ſic ſeipſum intelli git: ⁊ quicquid intelligit: intelligit inſpiciēdo in ſeipſo. huiuſmodi aūt itellectus omnino ſeparatus eſt. ¶ Et per hec verba potes cōprehendere: ꝙ nō negař intel lectus ſeparatus cognoſcere ꝑuationes: ſed negatur co gnoſcere eas per ſua oppoſita tanꝙ̄ per ꝓpria cognita: cum quo tamē ſtat: ꝙ cognoſcat eaſdē per ſua oppoſi ta relucentia in ꝓprio cognito vniuſcuiuſq;. ſ. ſubſtan tia ſua: qđ eſt cognoſcere per ſeipſum. hic. n. cognitiōis modus nō ducit intellectum extra ſe: q2 in ſeipſo tn̄ ſtat tanꝙ̄ in proprio perfectiuo vt cognito. ¶ Et dixit totū hoc. vt doceret qualiter ſe hꝫ itellectus agens ad huiuſmodi obm. ſ. indiuiſibile. Intēdit. n. ꝙ ipſe nihil extra ſe intelligit: ſed quicquid intelligit: intelligit per ſeipſum: q2 per ſeipſum. ⁊ nō per aliqđ aliud eſt actu. Et hec intelligas cōparādo intellectū agens ad hec no ſtra. ſi. n. referař ad ſubſtantias ſuperiores tacetur hic. ¶ Tu autē qui putas intellectū agentē nō eſſe ſubſtā tiam ſeparatā: ſed cum veritate tenes ipſum eſſe pote ſtatem nālem noſtre anime. Ex his dictis contempla re intellectus alios ſeparatos: ꝙ ſic ſe habent ⁊c̄. ⁊ hūc canonem in ſequentibus ſimilibus obſeruato ⁊c̄.

¶ Circa quintā ꝯcluſionem aduerte: ꝙ hic expreſſe ha Tex. 26.
bes verum quaſi equiuoce in eodem ꝯtextu ſumptū. Declaratum tamē: ne occaſio eſſet erroris. Scito igiř ꝙ verum in intellectu inueniř vno mō vt cognitū. ita ꝙ ipſum cognitum eſt in ſe verū: ⁊ ſic inueniř tantum in intellectu cōponente ⁊ diuidente: q2 de rōne veri. vt pꝫ. 4.° metaphyſice tex. 27. cōpoſitio eſt: q2 eſt: aut ens eſſe: aut nō ens nō eſſe: ⁊ idem eſt de falſo iudiciū. Alio mō eſt in intellectu: quaſi vt in quadā re: ⁊ ſic eſt etiā in intellectu qđ quid eſt: quādo intellectus appre hendit qđ quid eſt circuli: figurā planā: a cuius centro ad circūferentiā omnes linee ſunt equales. Et q2 ve ri nomen ſignificat obiectū intellectus. ideo inter hos duos modos eſt hec differentia: ꝙ iuxta pmū moduꝫ diciř: ⁊ ꝙ intellectus eſt verus: ⁊ ꝙ verum eſt in intel lectu: iuxta ſcdm aūt ſolū dicimus: ꝙ itellectus eſt ve rus. Littera ergo ad inſinuādā hanc differentiā inqt ꝙ omnis dictio vt affirmatio. i. ſcda operatio enūciati ua eſt vera vel falſa. ita ꝙ in ſe hꝫ verū vel falſum di ctum ab intellectu: itellectus aūt qđ quid eſt vt ſic eſt verus: nō illo mō: quo verum conſiſtit in enuntiando aliquid de aliquo: ſed illo modo: quo ſenſus propꝫ eſt verus. i. non vt cognoſcēs ⁊ dicens verū: ſed tanꝙ̄ res informata vera forma. Et dixit vt ſic: q2 intellectꝰ qđ qd eſt inquātū admixtā hꝫ cōpoſitionē partiū diffinie tiū ⁊ applicationē diffinitiōis ad diffinitū eſt falſus. vt pꝫ in. 5.° metaphꝫ. ⁊ recedit a ſeipſo ſcđo ſe operi imiſcēs.

¶ Circa ſextam concluſionem aduerte: ꝙ intelligentie quas angelos dicimus: vt hinc habes: non intelligunt componendo ⁊ diuidendo: ſed quicquid intelligunt: intelligunt intuendo qđ quid eſt. ita ꝙ intelligentia mouens orbem Iouis intelligit ſeipſam mouere non formando hanc mētalem enuntiationem. ego moueo celum: ſed intuendo ſeipſam intuetur in ſe omnia ſibi conuenientia: puta ꝙ eſt intelligens: ꝙ amans: ꝙ mo uens ⁊c̄. Et ſic vbi nos diſtinguimus predicata ſubſtā tialia ⁊ accidentalia ⁊ componimus ſubiecto: ipſe in tuendo ſubiectum ſimul intuentur quecunq; ſibi con ueniūt. Et propterea intelligentie appellate ſunt: quaſi intus legentes: ⁊ nihil extra vagantes: nos autem hoc quaſi nihil participamus. vix enīꝫ terminos ſic appre hendimus. Uidemus tn̄ homines excellentis ingenij in vno appꝫhenſo multa quaſi ſimul inſpicere alijs oc culta tanquā magis propinqui ſubſtātijs ſeparatis: q2 ergo intellectus poſſibilis duplicem dictus eſt habere operationem: ⁊ de operatione agentis intellectus agē dum quoq; erat. Dixit extenſo ſermone ad omnes ſe paratos intellectus: ꝙ ſic. ſ. intelligendo qđ quid eſt: ſe habent quecunq; ſunt ſine mā: ac per hoc indigna eſt eis ꝯpoſitio ⁊ diuiſio: ⁊ vere ſic eſt vt nūc nūc patebit.

¶ Circa ꝓbationē ꝑdicte ꝯcluſionis aduerte ꝙ ꝯſiſtit Tex. 27.
in hoc. In his in quibus ſcientia eſt eadē rei: nō pōt eē cōpoſitio ⁊ diuiſio: ſed eſt ſimplex itelligentia ꝑ ſeipſm alioquin ſcientia nō eſſet idē qđ res. In ſeparatis autē a mā ſcientia eſt eadē rei: ꝓbař: q2 eorum ſcientia eſt ſm actum non ſm potentiam: quod probař: q2 ſciētia

in actu

in actu eſt prior ſimplr ſcientia in potētia: Quis nō in
hoc: qr ſicut in eſſendo ens in actu eſt prius ente in potē
tia: qr ens in potentia non reducitur in actum niſi per
aliquod ens actu. Ita in ſciendo ſciens in actu eſt prior
ſciēte in potētia: quia ſciēs in potētia non reducitur ad
actum niſi per ſcientē in actu. et hoc vīximus ſatis ps.
Principiū vo hui᷒ rationis fundatur in hoc: q̧ compo
ſitio ⁊ diuiſio ſequitur potētia. niſi. n. itellectus appre-
hēſo triangulo eſſet in potētia ad cognoſcēdum: q̧ hēt
tres angulos equales duobus rectis. non eſſet compo-
ſitiuus hui᷒ enuntiationis: ſed ſimplici intuitu: quo in-
tuetur triangulum intuitus fuiſſet in eo hanc proprie-
tatez: ⁊ ſic de alijs. Quia ergo ex natura potētie naſcit̄
compoſitio ⁊ diuiſio: ⁊ ſimplex intelligentia ex natura
actus. Ideo Ariſto. ex natura ſciētie in actu: qualis eſt
in ſeparatis a materia: probauit in eis non hēre locuz
niſi primam operationē intellectus. Quāuis etiam p-
batio poſſit aliter introduci: vt ſit oſtēſio pfectionis il-
lius opis in ſeparatis a materia. Quia. n. apud nos pri-
ma opatiōe intellectus tantūmodo res cognite valde
impfecte ſciuntur: ne putares ſubſtantias ſeparatas p
eo q̧ ſemp ſic ſe habēt imperfectam habere rerum no
titiam: ſubdit q̧ ſcientia earuz: quia eſt in actu: eſt ea-
dem rei: ac per hoc ſummam obtinet perfectionem.
quanto enim intellectus magis diſtinguitur a re: tan
to imperfectior: ⁊ quanto magis idem. tāto perfectior:
adeo vt in ſolo primo ſit omnibus modis idem intel-
lectum ⁊ intellectus ⁊c̄.

## De aſſimilatione potentie ſenſitiue ad intellectiuam. Capitulum. IIII.

Cōm. 28. Videtur aūt ſenſibile ex potētia
exiſtēte ſenſitiuo actu agēs: nō
enīz patitur neqꝫ alteratur. vn̄
alia hec ſpecies motus: motus
enīz imperfecti actus. Simpli
citer aūt actus aliter eſt qui pfe
cti. Sentire quidez igit̄ ſimile eſt ipſi dicere
ſolum ⁊ intelligere. Cum autē delectabile:
Cōm. 29. aut triſte: aut affirmans: aut negans: perſe-
quitur: aut fugit. Et eſt delectari ⁊ triſta
ri agere ſenſitiua medietate ad bonum: aut
malum inquantuz talia: ⁊ fuga: aut ⁊ appe
titus hec: que ſm actum: ⁊ non alterum ap-
petitiuū ⁊ fugitiuum: neqꝫ abinuicez: neqꝫ
Cōm. 30. a ſenſitiuo: ſed eſſe alterū eſt. Intellecti-
ue aūt anime fantaſmata ſenſibilia ſunt. cuz
autem bonum: aut malum affirmat: aut ne
gat: ⁊ fugit: aut proſequitur: propter quod
nequaquā ſine fantaſmate intelligit anima.
Cōm. 31. Sicut enim aer pupillam huiuſmodi fa-
cit: ipſa aūt alterꝫ: ⁊ auditus ſimiliter: ſed vl
timum vnuz ⁊ vna medietas: eſſe aūt ipſi
plura: quo āt diſcernit. quo differt dulce ⁊
calidum: dictum eſt quidem ⁊ prius. dicen
dum autem ⁊ nunc. eſt enim aliquid vnuz.
Cōm. 32. ſic autem ⁊ terminus. Et hoc in propor
tionali: aut numero ens vnuz hꝫ ſe ad vtrū-
qꝫ: ſicut illa adinuicem. quo enīz differt nō
homogenea iudicare: aut contraria: vt albū
⁊ nigrum. Si igitur ſicut. a. album ad. b. ni
grum. g. ad. d. ſicut illa adinuicem: quare ⁊
permutatim. Sicut igitur. g. d. vni ſint exi-
ſtentia: ſic habebunt ſicut ⁊. a. b. idem qui-
dem: eſſe autem non idem ⁊ illud ſimiliter.
Eadem autem ratio eſt: ⁊ ſi. a. quidez dul-
ce ſit: ⁊. b. vero album. Species quidez Cōm. 33.
igitur intellectus in fantaſmatibus itelligit:
⁊ ſicut in illis determinatum eſt: ipſi imita-
bile ⁊ fugiendum ⁊ extra ſenſum: cum in
fantaſmatibus fuerit: mouetur vt ſentiens
quod fugibile eſt: quia ignis cōmuni cogno
ſcit videns quod mouetur: quoniam impu
gnans eſt: aliquando autem que ſunt in ani-
ma fantaſmatibus: aut intellectib᷒: ⁊ tanq̄
videns ratiocinatur: ⁊ deliberat futura ad
preſentia. Et cum dixerit vt ibi letuz: aut Cōm. 34.
triſte hic: fugit: aut imitatur. Et omnino in
actione: ⁊ quod ſine actione eſt: verū ⁊ fal-
ſum in eodem genere eſt cuz bono ⁊ malo.
Sed in eo q̧ ſimpliciter differt ⁊ a quodaz.
Abſtractione autez dicta intelligit: ſicut Cōm. 35.
ſimum non ſeparate. Inquantū autem cur
uum ſi aliquod intellexit actu: ſine carne in-
tellexit. in qua curuum: ſicut mathematica.
Non ſeparata tanquam ſi ſeparata ſint Cōm. 36.
intelligit: cum intelligat illud. Omnino au-
tem intellectus: qui ſecundum actuz res eſt
intelligens. Utrum autem cōtingit aliquod
ſeparatorum intelligere ipſum exiſtentem
non ſeparatum a magnitudine: aut nō: con
ſiderandum poſterius.

Summa huius capituli hec eſt.

Sentire ſimile eſt ipſi dicere ⁊ ſoluz Prima ꝫ
intelligere. Quum autem
delectabile: aut triſte quaſi affirmans: aut
negans perſequitur: aut fugit. Probatur
prima pars: quia ſenſibile videtur actu a-
gens ex potētia exiſtente ſenſitiuo. Probatur q̄a nō
patitur neqꝫ alteratur: declaratur: quia alia eſt hec mo
tus ſpecies: motus enim eſt actus imperfecti: actus au
tez perfecti eſt ſimpliciter alter. Deinde declaratur ſe-
cunda pars. primo quo ad ly delectabile: aut triſte: q̧
delectari aut triſtari eſt agere ſenſitiua medietate ad
bonum ⁊ malum inquantum huiuſmodi. Secundo
quo ad ly perſequit̄: aut fugit: q̧ fuga ⁊ appetitus hec
que ſm actum. Tertio quo ad predictarum potentia-
rum habitudinez: q̧ appetitiuū ⁊ fugitiuum: neqꝫ ab-
inuicem: neqꝫ a ſenſitiuo diſtant: ſed eſſe alterum eſt.
Intellectiue aīe fantaſmata vt ſenſibilia ſunt. Quuz Scda ꝫ
aūt bonum: aut maluz affirmat: aut negat: fugit vel p-

ſequitur. et propterea ſine fantaſmate nequaq̄ intelligit anima. Declarat̄ p̄mo pars: quia ſicut ſenſibilia p̄ viſum ⁊ auditum tandem veniunt ad iudicans vnū vltimum ⁊ vnā medietatē3. plura aūt ſm eſſe: ita fantaſmata ſe habent ad intellectum in ꝓportionali: aut numero. qd̄ declarat̄ in terminis: ſicut .a. albū ad .b. nigrum ⁊c. Scd̄o declaratur eadē3 pars inductiue: ⁊ primo in naturalibus: quia ſpecies itellectus intelligit in fantaſmatibus. Scd̄o quo ad practica: q2 ſicut in illis determinatum eſt imitabile ⁊ fugiendum: qd̄ probat̄: quia extra ſenſum quum in fantaſmatibus fuerit mouetur: ⁊ tāq̄ vidēs ratiocinatur: ⁊ deliberat futura ad preſentia ⁊c. Tertio quo ad ſpeculabilia: quia veru3 ⁊ falſum ⁊ in actione ⁊ ſine actione in eodem genere eſt cum bono: differt ſicut ſimpliciter a quodam. Quarto quo ad mathematica: quia abſtractiōe dicta intelligit ſicut ſimu3. Et hec omnia probantur: q2 intellectus ꝑ ſm actū eſt res intellecta. Quo ad ſeparata vero a materia poſtere perſcrutationi relinquitur.

℃ Series autem hec eſt.

Aſſimilare intendens intellectū ſenſui. p̄ma cōcluſione ipſas operatiōes intellectus ſenſus operibus. ſcd̄a aūt iudiciū iudicio: ⁊ obiectum obiecto aſſimilat.

℃ Circa dr̄iam illa3 in prima concluſione aſſumpta3 .ſ. ꝙ motus eſt actus imꝑfecti ⁊c. aduerte duo. Primū eſt: ꝙ hoc dixit Ariſtoteles cōtra Platonem in primo recitatū .45. ⁊ antiquos ante dicētes animā moueri ⁊c. Scd̄m eſt ꝙ hec dr̄ia habet duplicem ſenſum. Primus eſt ꝙ differētia inter motū ⁊ ſentire cōſiſtit in hoc: ꝙ ſubiectu3 motus eſt ſm ſe quid imperfectū. ſubiectu3 vero ſenſationis eſt quid perfectū: ⁊ hic ſenſus prima facie videtur accipi: non tamen eſt omnino verus: nec intentus: q2 vtriuſq3 ſubiectum eſt ſm ſe in potentia. Secundus ꝟ̄ eſt: ꝙ conſtitutum per motu3 eſt imperfectum. conſtitutum vero per ſentire eſt perfectum: ita ꝙ motus eſt actus ꝯſtitutiuus imperfecti: ſentire vero ⁊ intelligere eſt actus conſtitutiuus pfecti: ⁊ ppterea actus iſti ſunt ſimpliciter diuerſi. Qd̄ ſi hec non intelligas: intuere ꝙ omnis motus cōſtituit aliquid potētiale: q2 conſtituit aliquid actualiter tendens ad perfectionem. Quod .n. caleſit augetur: transfertur vt ſic motu conſtituitur: ⁊ quādiu caleſit ad calorē tendit: ⁊ ſic de alijs. Qui autē actualiter videt iam perfectus eſt. ad nihil eni3 aliud per hoc tendit. Merito ergo arguendi ſunt qui ta3 eguoce motu vtentes naturam anime obſcura3 reddūt.

℃ Circa intentionē preſentis capituli memento: ꝙ Ariſtoteles in principio huius tertij tex. 2°. aſſumpſit pro fundamento totius doctrine de parte intellectiue hāc ꝓpoſitione3: intelligere eſt ſicut ſentire: ⁊ reuera ſi hoc ſubtraheretur fundamentū: tota rueret moles ſupedificata. vt patet diligenter perlegenti. Hanc aūt propoſitione3 aſſumpſit pro antecedente vnius conditionalis: ⁊ nūq̄ eam probauit: ſed illa ſuppoſita ad vlteriora proceſſit. Nunc igitur completa tota deductiōe ad ꝓbandū aña intendit: vt proceſſus perfectus ſit: ⁊ q2 hoc aña illud nihil aliud continet niſi proportionale3 ſimilitudine3 inter ſentire ⁊ intelligere. Et hec ſimilitudo nō ſuppoſita natura intellectus ratione ꝓbari nō pōt. ideo hoc totum capitulum pura fere narratio eſt: quaſi ſuppoſitionum iſtius artis: ⁊ vt in textu p3: ponit̄ hic ſimilitudo inter ſentire ⁊ itelligere. Primo quo ad primam operatione3 intellectus: deinde quo ad ſecundā. Ita ꝙ ſicut i ſenſu experimur duo .ſ. ſentire. ⁊ delectari ſm ſenſum. p̄mo qd̄ eſt puru3 ſentire: ſimilis eſt prima operatio itellectus: ⁊ hoc inſinuat lr̄a: ſentire ſimile eſt dicere: ⁊ intelligere ſolu3. ſecundo vō ꝙ acceptationē: aut refutationē ſenſibilis continet ſcd̄a operatio itellectus: quia cōponit vel diuidit: ſimilis eſt: ⁊ ad hoc inducunt verba ſubiūcta. Inferitur quoq3 ſimilitudo in effectibus. ſ. in fuga ⁊ proſequutione vtrobiq3 conſequēte. Preponit̄ aūt bis ſimilitudo in modo: ꝙ .ſ. neutrū eſt alteratio aut motus: ⁊ ꝙ vtrūq3 ſit eductiōe de potentia ad actum: qd̄ non auſus eſt explicare auctor: q2 ſupponeret qd̄ Plato negabat: inſinuat tamē vt vera3 ſm ea que apparēt. Deinceps iudicio ſenſus communis iudicium intellectus in diſcernendo comparat: ⁊ fantaſmata ſenſibilibus: adeoq3 eis intellectū deuinxit per ſingula: vt preter intelligentias quas ſub dubio reliquit: intellectū videre neget niſi in fantaſmatib⁹. ſicut ſenſus niſi ſenſibilia. Quia aūt ipſe nihil ꝓbat: ⁊ alibi de hoc ſcriptū diffuſe eſt: tranſeundu3 puto. Ex hoc tamen textu innuitur: ꝙ ipſe putet intellectu3 poſſibilem. vt diximus. Si eni3 eſſet omnino apud ipſu3 immaterialis: vt eſt ſm veritatē: non fuiſſet ſollicitus de mō iudicij diſcretiui: ꝙ ſit in eo ſicut in ſenſu cōi: qd̄ tñ fecit. hec .n. ad materiales vires ſpectare videntur. Tex.20.

℃ Circa calcem littere aduerte duo. Primo ꝙ Ariſtoteles loquens de intellectu poſſibili addidit non ſeparatum a magnitudine: aut ad differentia3 intellectus agentis: qui eſt ſeparatus: aut ad expreſſionem ratiōis difficultantis. Ratio eni difficultantis in hac queſtione eſt concretio intellectus cum corpore. hec enim eſt que vetare videtur aſpectum ſeparatorum. Secundo ꝙ q2 nō eſt ſermo hic de quacūq3 intellectiōe. Cōſtat .n. ꝙ aliqualr̄ cognoſcimus ſepata a materia: aliogn neſciremus ipſa eſſe: ſed intellectiōe quiditatiua. ideo ſub ambiguo queſtio relicta eſt: ⁊ hec queſtio diſcuſſa eſt a nobis in commentarijs de ente ⁊ eſſentia contra Auerroym: ⁊ in 2° ac 9° metaphyſice ab Ariſto. tractatur vtrūq3. Idcirco non eſt nunc contra Auempace et alios immorandum: vt conformemur littere.

## ℃ Q̄ño anima quodāmō ſit oīa. Cap. V.

Nunc autez de anima dicta recapitulantes dicamus iteru3: ꝙ oīa ea que ſunt quodammodo eſt anima: aut enim ſenſibilia que ſunt: aut itelligibilia. eſt autem ſcientia quidem ſcibilia quodāmodo. ſenſus aūt ſenſibilia. Cōmē.37. ℃ Qualiter aūt hec ſunt oportet inquirere. Secat̄ .n. ſcientia ⁊ ſenſus in res. que quide3 potētia eſt in ea que ſunt potētia: que vero actu in ea que ſunt actu. anime autem ſenſitiuu3. ⁊ qd̄ ſcire poteſt: potētia hec ſunt. hoc qdē ſcibile. illud vero ſenſibile. Neceſſe eſt aūt: aut ipſa: aut ſpecies eſſe. Ipſa quidē igitur non ſunt. non enim lapis in anima eſt: ſed ſpecies. quare anima ſicut manus eſt. man⁹ enim organum organorum: ⁊ intellectus ſpecies ſpecieru3: ⁊ ſenſus ſpecies ſenſibilium. Cōmē.38.

Cōmē. 39. lium. ¶ Quoniam autem neqꝫ res vlla eſt preter magnitudines ſicut videntur: ſenſibilia ſeparata in ſpeciebus ſenſibilibus intelligibilia ſunt: ⁊ que abſtractione dicuntur: ⁊ quecunqꝫ ſenſibiliū habitus ⁊ paſſiones: ⁊ ob hoc neqꝫ non ſentiēs nihil: nihil vtiqꝫ addiſcet neqꝫ intelliget. Sed cum ſpeculet neceſſe ſimul fantaſma aliquod ſpeculari. fantaſmata autem ſicut ſenſibilia ſunt. preter ꝙ ſunt ſine materia. Eſt autē fantaſia alterū a dictione ⁊ negatione. complexio enim intellectuum eſt verum aut falſum. Primi autem intellectus quidem differunt vt non fantaſmata ſint: aut neqꝫ alij fantaſmata: ſed non ſine fantaſmatibus.

¶ Summa huius capituli hec eſt.

Prima ꝯ Anima eſt quodammō oīa que ſunt. Probatur: qꝛ omnia: aut ſunt ſenſibilia: aut intelligibilia. ſcīa aūt eſt quodāmō ſcibilia: ⁊ ſenſus ſenſibilia.

Scđa ꝯ ¶ Anima eſt omnia: nō ꝙ ipſa ſint in anima: ſed ſpecies eoꝝ. Probaẽ: qꝛ quum ſecetur taꝫ ſciētia ꝙ̄ ſenſus in res ꝓportionalr. ſ. que poᵃ. in ea que potentia: ⁊ que actu. in ea que actu: ⁊ ſenſitiuum ⁊ ſcitiuū ſint potētia ſenſibile ⁊ ſcibile. neceſſe eſt in ſenſu ⁊ ſciētia in actu: aut ipſa: aut ſpecies eorum eſſe: ſed lapis nō eſt in anima. ergo ſpecies.

Correlaᵐ ¶ Anima eſt ſicut manus. Declaratur: hec organuꝫ organorum: alia per intellectum ſpecies ſpecierum: ⁊ per ſenſum ſpecies ſenſibilium.

Tertia ꝯ ¶ Que abſtractione dicuntur: ⁊ quecūqꝫ ſenſibiliū habitus ⁊ paſſiones intelligibilia ſunt in ſpeciebus ſenſibilibꝰ. Probaẽ: qꝛ nulla res eſt ꝓter magnitudineſ.

Quarta ꝯ ¶ Non ſentiēs nihil addiſcit neqꝫ intelliget. Sed quū ſpeculaẽ: neceſſe eſt fantaſma aliquod ſpeculari. Probatur ex precedenti concluſione: ⁊ declaratur quid intendit per fantaſma vel eorum officiū: ꝙ fantaſmata ſunt. ſicut ſenſibilia: preter ꝙ ſunt ſine materia.

Quinta ꝯ ¶ Fantaſia eſt alterum a dictione ⁊ negatione. Probatur: quia complexio intellectuū eſt verum: aut falſuꝫ.

Sexta ꝯ ¶ Primi intellectus non ſunt fantaſmata: ſed ſunt nō ſine fantaſmatibus.

¶ Series autem hec eſt.

Recapitulans de aīa ad antiquos recitatos in pmo libro redit: docens animā eſſe omnia quodāmodo pma ꝯclone: ⁊ modum ſubdēs 2ᵃ ꝯclone ⁊ correlario. Deinde alligationē intellectus cuꝫ ſenſu 3ᵃ ⁊ 4ᵃ ꝯclone ponit. Demum diuerſitatem ⁊ ſecunde ⁊ prime operationis intellectus a fantaſia. vltimis concluſionibus apponit ⁊c̃.

Tex. 37 ¶ Circa primam ⁊ ſecundam concluſiones aduerte: ꝙ hinc aperte habes: quod inferre conor mentibus phyloſophantiū. ſ. ꝙ intelligere ⁊ ſentire nihil aliud eſt ꝙ̄ quoddam eſſe. Ut enim alias diximus: duo ſunt ordines rerum: quedā nāqꝫ res ſunt: quibus ſufficit: ꝙ ipſe ſint ipſe. quedam vero ſunt: quibus non ſat eſt ꝙ ſint ipſe: ſed ſic ſunt ipſe: vt velint eſſe alia. In primo ordine ſunt quecūqꝫ cognitiōe carent. In ſcđo vero ſunt cū latitudine maxima omnia cognoſcitiua. Et propterea in littera de aīa ſenſitiua ⁊ intellectiua dicitur: ꝙ eſt quodāmodo omnia: quia ſenſus eſt ſenſibilia: ⁊ intellectus intelligibilia. Et vt plenius hoc perciperes ſubditur modus: dum dicitur ꝙ ſcientia ⁊ ſenſus ſecatur in res. Ubi inſinuat ꝙ res ſunt quaſi differentie determinatiue intellectus ⁊ ſenſus: dum in eas ſecari dicitur. niſi enim eſſent res: non ſecaretur in eas: quia nihil ſecatur in id: quod non eſt. Sed quia intellectus in potentia eſt res in potentia: ⁊ intellectus in actu eſt res in actu. ideo vterqꝫ ſecatur in res proportionabiliter: ⁊ ſimiliter eſt ſenſus. Quia igitur vnumquodqꝫ cognoſcitiuum oportet eſſe non ſolum ipſum: ſed cognitum: propter qđ cōmunis animi cōceptio eſt: ꝙ cognitio fit aſſimilatione cognoſcētis ad cognitum: ⁊ cognoſcens eſſe cognituꝫ contingit multipliciter. Ideo inter cognoſcitiua datur latitudo magna: ⁊ prima quidē inter intellectiuum ⁊ ſenſitiuuꝫ. inter que differentia attenditur ſm̄ imaterialitatē omnimodaꝫ ⁊ non omnimodam. omne enim cognoſcens eſt imateriale: cuius ſignum eſt: quia plante non cognoſcunt: quum non ſuſcipiūt ſine materia. vt dictum eſt in ſcđo. tex. 124. Inter ipſos autem intellectus latitudo tanta eſt: vt ſupremus ita ſit ipſe: ꝙ ſit omnia eminentiſſime ſm̄ ſeipſum in actu puriſſimo. Infimus vero q eſt noſter: ſit oīa in pura potentia: ſiatqꝫ omnia ſigillatim ſm̄ ſingulas reruꝫ ſpecies. Medij aūt intellectus medio modo ſe habent. ſunt enim ex ſe in actu quodāmodo oīa: ſed magis ⁊ minꝰ diminute ⁊ eminenter ſm̄ ſuos gradus. Cōueniunt ergo omnia cognoſcitiua in hoc ꝙ ſunt etiam alia quia ſunt imaterialia: ⁊ quia materia arctatiua eſt forme ſm̄ ſe cōmunis indifferentis ⁊ predicabilis rationem fundatis: conſequens eſt vt imaterialitas amplitudinē quandā largiatur forme: ita ꝙ forma quāto ſm̄ naturam ſuaꝫ immaterialior eſt: tanto amplioris capacitatis extenſioniſqꝫ ſit: ac per hoc nō contenta ſe ipſa. alia ſit. Et quoniaꝫ non poteſt eſſe alia ſm̄ eſſe naturale: reſtat vt ſit alia ſm̄ ſpecies. Et ob id anima eſt quodāmodo omnia ſm̄ ſe quideꝫ in potentia. ſm̄ ſpecies vo in habitu. ſm̄ intelligere vero ⁊ ſentire in actu completo. ¶ Et ſic incipies notitie eleuare menteꝫ in altiorem rerum ordinem: ⁊ ſuſpicari quomodo intellectus procedens de potentia ad actum non niſi ad perfectionem ſui eſſe ꝓcedit: ⁊ quō intelligere nihil aliud eſt ꝙ̄ eius eſſe: ⁊ ſpecies forma: ſm̄ quā eſt illud eſſe.

¶ Circa tertiam ⁊ quartam concluſiones ſimul diligēter aduerte: ꝙ quum pluries ab Ariſtotele dicatur: ꝙ ſine fantaſmate nihil intelligimus. Nullibi tamen inuenio rationem redditam niſi hoc in loco: vbi ex parte obiecti elidendo ſimul poſitioneꝫ Platonis in phedone de ſciētia anime rōnem reddit ex hoc. ſ. ꝙ nulla res eſt preter magnitudines. ¶ Ad cuius euidentiam ſcito: ꝙ hi duo excellentes phī eiuſdem rationis eē putantes obiectum intellectus: ⁊ eſſe ſeparatuꝫ a ſenſibilibus ſm̄ rem: ⁊ eſſe ſeparatū a fantaſmatibus ſm̄ intelligi: eo ꝙ fantaſmata vt ſenſibilia ſunt: niſi ꝙ non ſunt materialia: vt lapides extra animā. diuerſis ſubſumptis opinionibus de ſeparatione ſm̄ eſſe. diuerſas ſententias de ſcientia anime protulerunt. Plato nāqꝫ: quia naturas ſenſibilium ſeparatas ſm̄ rem ponebat: ꝯſiter dicebat intellectū noſtrum poſſe intelligere ſua obiecta: que ſunt hmōi nature abſqꝫ fantaſmate. Ariſtoteles aūt expertus: ꝙ ſine fantaſmate nihil intelligimus: ex ꝯiūctiōe naturaꝝ ad ſenſibilia cām reddidit: Tex. 39.

vt ſicut affirmatio eſt ſeparatiõis cauſa a fantaſmate ſm intelligi: ita negatio ſit cauſa negationis: q igitur quiditates rerum in eſſendo ſunt inſeparabiles a ſenſibilibus: fit vt intelligendo ſint inſeparabiles a fantaſmatibus. Et merito. Quoniã quiditas ſm eſſe inſeparabilis a materia. non poteſt tñ paulatina abſtractiõe eleuari quin principio colligata ſit. huiuſmodi autem vinculum intellectus in actu ⁊ in habitu cum fantaſmate eius principio: eſt intellectum egere fantaſmate. ¶ Et tu cauillator memento: q hec Ariſtotelis ratio non tenet: nec loquitur: niſi de intelligibili ⁊ intellectu per abſtractionẽ: ⁊ q ſi nature huiuſmodi itelligãt p intelligentias. Alio modo intelliguntur: puta per ſubſtantiam ſuam pro quanto ſm ſe habent ſcientiam in actu. ¶ Preter hanc autem rationem ſumptã ex parte rei cognite. D. Thomas pma parte. q. 85. arti. pmo. alteram ex parte cognoſcentis reddidit. Quũ operatio conſequatur formã. Modus operandi modum eſſendi ipſius forme oportet q conſequatur. Et inde eſt q forme naturales non ſunt immediate a formis ſeparatis a materia. Anima autem humana. vt ex ſcdo phyſicoꝝ textu. 26. patet: eſt partim ſeparata: ⁊ partim coniuncta: operatio igitur eius propria: que eſt intelligere: erit partim ſeparata: ⁊ partim coniuncta: ac per hoc erit ſeparata a corporeo organo: ⁊ erit cõiuncta corporeo obiecto. ſ. fantaſmati. Ex hoc igit q anima hũana immaterialis eſt: ⁊ indepẽdens a corpore habet operationem ſeparatam a corpore ſubiectiue. Ex hoc vero: q eadem anima ſm naturam eſt actus corporis phyſici talis: habet operationem colligatam cũ fantaſmatibus talis corporis. ¶ Ex hac rõne habes nõ ſolum q fantaſma neceſſarium eſt ad diſcendum: ſed vniuerſaliter ad intelligendum. Eſt ſiquidẽ naturalis operandi modus conſequens naturalem eſſendi modum. Et ſi diligenter inſpexeris: inuenies: q Ariſtoteles voluit: q ratio ſua ex parte obiecti concluderet vtrũqꝫ: dum expreſſe in quarta concluſione infert: ⁊ ob hoc nõ ſentiens neqꝫ addiſcit: neqꝫ intelligit. Et rurſus ex hac ratione apparet quid dicendum eſt ad queſtionem relictam in littera textu. 36. Utrum. ſ. contingat intellectũ noſtrũ coniunctum corpori intelligere ſubſtantias ſeparatas: hinc enim habes: q nõnulla intellectio arctata ad fantaſmata extendit ſe ad ſubſtantias ſeparatas.

¶ Circa tertiam iterum concluſionem aduerte: q hec concluſio percutit Auempace poſitionem. ſ. n. vt littera dicit: quecũqꝫ abſtractõe dicant intelligi ops in ſpeciebus ſenſibilibus: quãtũcũqꝫ abſtrahas quiditatem a quiditate ſemper intelligent in ſpeciebꝰ ſenſibilibꝰ: ac per hoc nũqꝫ intelligentur per ſpẽs ſeparatas.

## ¶ De parte motiua anime. Caplm. VI.

Cōmẽ.40. Quoniam autem anima ſecun-
dum duas diffinita eſt poten-
tias: que animaliũ eſt: ⁊ diſcre
tio quod intelligẽtie opus eſt:
⁊ ſenſus: ⁊ adhuc in mouẽdo
ſm locum motũ: de ſenſu qui
dem ⁊ intellectu determinata ſint tanta. De
mouente autem quid forte ſit anime: ſpecu
landum eſt. vtrum vna quedam pars ipſius
ſit ſeparabilis. aut magnitudine. aut ratiõe.
aut omnis anima: ⁊ ſi pars aliqua. vtrum p-
pria quedam ſit preter conſuetas dici ⁊ di-
ctas. aut harum vna aliqua ſit. ¶ Habet autẽ Cōmẽ.41.
dubitationem mox. quomodo oportet par
tes anime dicere ⁊ quot. modo enim quodã
infinite videntur: ⁊ non ſolum quas dicunt
quidam determinantes rationatiuam: ⁊ ira
ſcibilem: ⁊ appetitiuam. hi autem rationem
habentem ⁊ irrationabilem. Secundum. n.
differẽtias: per quas has ſeparant. ⁊ alie vi
dentur partes maiorem his differentiam ha
bentes. de quibus ⁊ nunc dictum eſt. Vege
tatiua autẽ: que cum plantis ineſt. ⁊ omnibꝰ
viuentibus: ⁊ ſenſitiua. quam neqꝫ ſicut irra
tionabilem: neqꝫ ſicut rationem habentem
ponet quis vtiqꝫ facile. Adhuc autem ⁊ fan
taſtica: que per eſſe quidem ab omnibus al
tera eſt. ¶ Cui autẽ harum eadem. vel altera Cōmẽ.42
ſit: habet multam dubitationẽ. ſi aliquis po
nat ſeparatas partes anime. Adhuc autem
⁊ appetitiua. que ⁊ ratione ⁊ potentia alte
ra videtur vtiqꝫ eſſe ab omnibus: ⁊ inconue-
niens vtiqꝫ hanc ſequeſtrare. In ratiocina-
tiua enim volũtas fit: ⁊ in irrationali concu-
piſcentia ⁊ ira. Si autẽ tria in anima: in vno-
quoqꝫ erit appetitꝰ. ¶ Et etiam de quo nũc Cōmẽ.43.
ſermo inſtat: qd forte mouens ſcd̃m locum
animal eſt. Secundum quidem igitur augu
mentum ⁊ decrementũ motum: qui omni-
bus ineſt: videbitur vtiqꝫ mouere generati
uum ⁊ vegetatiuum. De reſpiratione autẽ.
⁊ expiratione. ⁊ ſomno. ⁊ vigilia: poſteriꝰ
perſpiciendũ. Habent enim dubitationem
multam. ¶ Sed de motu ſecundũ locum Cōm.44.
quid ſit mouens animal ſecundum proceſ-
ſiuum motum conſiderandum. qd quidem
igitur non vegetatiua potentia manifeſtũ.
ſemper enim propter aliqd motus hic: aut
cum fantaſia: aut appetitu eſt. nihil enim nõ
appetẽs: aut fugiens mouetur: ſed aut vio
lentia. Amplius ⁊ plante vtiqꝫ motiue eſſent.
⁊ vtiqꝫ haberent aliquam partem organi-
cam ad motum hunc. ¶ Similiter autẽ neqꝫ Cōmẽ.45.
ſenſitiuum. multa enim ſunt animaliũ: que
ſenſum quidem habent. manentia autem ⁊
immobilia ſunt per finem. Si igitur natura fa-
cit fruſtra nihil: neqꝫ deficit i neceſſarijs: ni
ſi in orbatis ⁊ imperfectis: huiuſmodi autẽ
animaliũ perfecta: ⁊ non orbata ſunt. Signũ
autẽ eſt: quia generatiua ſunt: ⁊ augumentum
habent ⁊ decrementum: quare ⁊ haberent
vtiqꝫ partes organicas proceſſionis. ¶ At Cōmẽ.46.
vero neqꝫ rationatiua ⁊ vocatus intellectus
eſt mouens.

eſt mouens. Speculatiuus quidem igitur
nihil ſpeculaꝫ actuale: neqꝫ dicit de fugibi-
li ⁊ perſeqbili. Semper aūt motus: aut fu
gientis: aut perſequentis aliquid eſt. Sed
neqꝫ cū ſpeculatus fuerit aliquid huiuſmo
di iam precipit. aut perſequi. aut fugere: pu
ta cum multotiens intelligit terribile aliqđ:
aut delectabile: nō iubet aūt timere: ſed cor
moueꝫ. Si autem delectabile. altera aliqua
Cōm. 47. pars. ¶ Amplius ⁊ precipiente intellectu.
⁊ dicente intelligētia fugere aliquid. aut ꝑ-
ſequi. non moueꝫ: ſed ſm concupiſcentiam
agit: vt incontinens: ⁊ totaliter videmus:
qm̄ habens medicatiuam non ſanatur tāq̄
alterius proprium ſit agere ſm ſcientiam:
Cōm. 48. ſed non ſcientie. ¶ At vero neqꝫ appetitus
huiuſmodi motus dominus eſt. abſtinētes
enim appetentes ⁊ concupiſcentes nō ope-
rantur. quorum appetitum habent: ſed con
ſequunꝫ intellectum. Videtur aūt duo hec
mouentia: aut appetitus: aut intellectus: ſi
aliquis fantaſiā poſuerit. ſicut intellectum
quendam. Multi enim preter ſcientiam ſe-
quunꝫ fantaſiam: ⁊ in aliīs animalibus nō
ītellectus: neqꝫ ratio eſt: ſed fantaſia: vtra-
qꝫ hec ergo motiua ſm locum. intellectus.
Cōm. 49. ⁊ appetitus. ¶ Intellectus aūt propter ali
quid ratiocinatur: ⁊ qui practicꝰ eſt. differt
autem a ſpeculatiuo ſm finem: ⁊ appetitus
propter aliquid omnis eſt. Cuius enim ap
petitus: hoc principiuꝫ practici intellectus:
vltimum autem principiuꝫ actionis: quare
rationabiliter hec duo videntur mouentia.
appetitus ⁊ intelligentia practica. appetibi-
le enim mouet: ⁊ propter hoc intelligentia
mouet: quia principiuꝫ eius eſt appetibile.
Cōmē. 50. ¶ Et fantaſia autem cum moueat. nō mo-
uet ſine appetitu. vnum igitur mouens qđ
appetimus. ſi enim duo intellectus ⁊ appe
titus mouebant: ſecunduꝫ cōmunem vtriqꝫ
aliquam ſpeciem mouebant. tunc auteꝫ in-
tellectus non videtur mouēs ſine appetitu:
voluntas enim appetitus eſt: cum autem ſe
cundum rationem mouetur: ⁊ ſecundū vo
luntatem mouetur. appetitus auteꝫ mouet
preter rationem. concupiſcentia enim appe
Cōmē. 51. titus quidam eſt. ¶ Intellectus quideꝫ igi
tur omnis rectus eſt. appetitus auteꝫ ⁊ fan
taſia recta ⁊ non recta. vnde ſemper quidē
mouet appetibile. Sed hoc eſt bonum: aut
apparens bonum: non omne aūt: ſed actua
le bonum: actuale autē eſt contingens ⁊ ali
ter ſe habere. ¶ Quod quideꝫ igitur huiuſ- Cōmē. 52.
modi potentia mouet anime. que vocaꝫ ap
petitus. manifeſtum eſt. Diuidentibus aūt
anime partes. ſi ſm potentias diuidant. aut
ſeparent: valde multe fiunt: vegetabile: ſen
ſitiuum: intellectiuum: conſiliatiuū: adhuc
appetitiuum. hec enim plus differunt abin
uiceꝫ q̄ꝫ concupiſcibile ⁊ iraſcibile. ¶ Qm̄ Cōmē. 53.
autem appetitus fiunt contrariī adinuiceꝫ.
hoc autem accidit cuꝫ ratio ⁊ concupiſcen-
tia contrarie fuerint. fit autem in ipſis tēpo-
ris ſenſum habentibus. Intellectus quideꝫ
igitur ꝓpter futurū retrahere iubet. concu-
piſcentia aūt propter ip̄m iam: videtur eniꝫ
ꝙ iaꝫ delectabile. ⁊ ſimplr delectabile. ⁊ bo
num ſimpliciter: propterea ꝙ non videꝫ qđ
futurum. ¶ Specie quidem igitur vnū erit Cōmē. 54.
mouēs: appetibile. aut appetitiuū. primum
aūt omniū appetibile. hoc. n. mouet cuꝫ nō
moueꝫ: eo ꝙ ſit intellectuꝫ: aut imaginatū.
numero aūt plura mouentia. Qm̄ aūt tria
ſunt. vnū quidem mouens. ſcđm autē quo
mouet: ⁊ tertiū qđ mouetur. mouens autē
duplex: aliud quideꝫ imobile: aliud qđ mo-
uetur. eſt aūt imobile actuale bonū: mouēs
aūt ⁊ qđ mouetur appetitiuum. moueꝫ enī
qđ appetit ſm ꝙ appetit: ⁊ appetitus actꝰ:
aut motus quidam eſt. quod aūt mouetur
animal eſt: quo vero mouet organo appeti
tus. iam hoc corporeū. vnde in cōibus anie
⁊ corporis opibꝰ. cōſiderandū eſt de ipſis.
¶ Nūc aūt in ſumma dicaꝫ mouens orga- Cōmē. 55.
nice. vbi principiū ⁊ finis illud. velut in cir-
culatione. hoc eſt gibboſum ⁊ cōcauū. hoc
qdeꝫ finis illud. vero principiū. vnde aliud
qdeꝫ quieſcit. aliud vero moueꝫ: rōne qdeꝫ
altera entia. magnitudine vero iſeparabilia.
omnia enim pulſu ⁊ tractu moueнꝫ. ꝓpter
qđ opꝫ ſicut in circulo manere aliqđ: ⁊ hinc
incipere motū. ¶ Omnino quidem igitur Cōmē. 56.
predictū eſt inquātū appetitiuū animal: ſic
ſuipſius motiuū eſt. appetitiuum aūt non
ſine fantaſia: fantaſia autē omnis ratiōalis:
aut ſenſibilis eſt: hac quidē igitur ⁊ alia ani-
malia participant. Conſiderandum autē ⁊
de imperfectis quid mouens eſt: quibus ta
ctus ſolū ineſt ſenſus: vtrum contingat fan
taſiā ineſſe his: aut nō: aut ⁊ cōcupiſcentiā.
videꝫ. n. letitia ⁊ triſtitia ineſſe. Si aūt hec ⁊
concupiſcentiam neceſſe. fantaſia autē qūo
vtriqꝫ inerit: aut ſicut mouentur indetermi-
nate: ⁊ hec inſunt quidē: indeterminate aūt

Cōmē.57. inſunt. ℂ Senſibilis quidē igitur fantaſia.
ſicut dcm̄ eſt: ⁊ in alijs animalibus ineſt. de
liberatiua aūt in rōnalibus ineſt. vtrum enī
aget hoc aut hoc: iā rōnis eſt opus: ⁊ neceſ-
ſe vno mēſurare. maius.n. imitatur: quare
poteſt vnum ex pluribus fantaſmatibus fa
cere: ⁊ cauſa hec eius: ꝙ opinionē non puta
ri habere: qm̄ eam que ex ſyllogiſmo nō ha
bet. hec aūt illam. ꝑpter qḋ deliberatiuū nō
hꝫ appetitus. Uincit aūt ⁊ mouet aliquan-
do deliberationē. aliqñ aūt mouet ſeipſum.
ſicut ſpera. appetitus appetitū: cū incōtinē-
tia fuerit. natura aūt ſemper: que ſurſuꝫ pri
cipalioꝛ eſt. ⁊ mouetur tribus lationibꝰ iam
Cōmē.58. moueaꝛ. ℂ Scientificū aūt non mouet: ſed
manet: qm̄ aūt hec quidem vniuerſalis exi-
ſtimatio ⁊ ratio. alia vero particularis. hec
qdem.n. dicit: ꝙ opꝫ talē tale agere. hec aūt
ꝙ hoc qḋ eſt tale. ⁊ ego talis: iā hec mouet
opinio. nō que vniuerſalis: aut vtraqꝫ: ſed
hec qdē quieſcens magis. hec autem non.

ℂ Summa huius capituli hec eſt.

Prima ꝯ. **Speculandū** eſt de mouente qḋ
ſit anime: vtrꝫ vna
pars anime ſit: aut omnis aīa: ⁊ ſi pars
vtrūꝫ ſeparabilis ſubiecto: aut rōne: ⁊ rur-
ſus: vtrū aliqua ſit preter conſuetas dici: ⁊
dictas: aut harū aliqua: declaraꝛ: qꝛ anima: que eſt ani
malis ſm̄ duas diffinita eſt potētias .ſ. in cognoſcēdo
⁊ mouēdo ſm̄ locū: ⁊ de ſenſu: ⁊ intellectu dcm̄ eſt.
Queſtio ℂ Dubiuꝫ eſt quō ⁊ quot opꝫ partes anime dicere. De-
claraꝛ: quia quodāmodo videntur infinite ⁊ non ſole
rationalis: ⁊ iraſcibilis: ⁊ concupiſcibilis: vel rationalis
vel irrationalis. Probaꝛ: quia ſm̄ huiuſmodi differē-
tias apparent alie magis differētes: manifeſtatur ſigil
latim. Primo in vegetatiua: quia plantis ⁊ omnibꝰ vi-
uentibus ineſt. Scḋo in ſenſitiua: qꝛ nec ratiōalis: nec
irratiōalis ponetur facile. Tertio in fantaſtica: quia ſi
ſeparate ponantur partes anime: multūꝫ dubiū eſt: cui
harum altera: vel eadem ſit. Quarto in appetitiua: qꝛ
ſi tria ſunt in anima: in vnoquoqꝫ erit appetitus: incō-
ueniens aūt eſt appetitū ſequeſtrare: ⁊ probatur ſeque
la: quia in ratiocinatiua ſit volūtas: ⁊ in rationali ira ⁊
concupiſcentia. Quinto de motiua ſm̄ locuꝫ: declara-
tur ſpecialis ⁊ ad propoſitum ambiguitas: quia in mo
tu augmenti ⁊ decrementi mouens eſt generatiuum
ſiue vegetatiuum. de motu autem reſpirationis ⁊ expē
rationis poſterioꝛ eſt perſcrutatio.
Scḋa ꝯ. ℂ Motiuum ſm̄ locum proceſſiuum animalium non
eſt potētia vegetatiua: nec ſenſitiua: nec ratiocinatiua:
⁊ intellectiua: nec appetitus ⁊c̃. Prima pars ꝓbaꝛ du-
pliciter. Primo. qꝛ motus hic ſemper ſit ꝑpter aliqḋ:
aut cum fantaſia: aut appetitu. probatur: quia nihil nō
appetens: aut fugiens moueꝛ niſi violenter. Scḋo: qꝛ
plante ꝓcederent: ⁊ haberent organa ad hoc. Secūda
pars ꝓbatur: quia multa ſunt animalia perfecta ⁊ nō
orbata ſenſuꝫ habentia etiam mobilia. Et ꝙ ſint per-
fecta ⁊ non orbata. probatur: quia generatiua ſunt: ⁊
augmentū ⁊ decrementuꝫ habent. Et vero ſint imo-
bilia ab intrinſeco pꝫ: quia aliter haberēt partes orga-
nicas ꝓceſſionis. ꝓbatur: qꝛ natura nihil facit fruſtra:
neqꝫ deficit in neceſſarijs. Tertia deinde pars dupli
ter. pͥmo qꝛ intellectus ſpeculatiuus nihil ſpeculaꝛ agi
bile: neqꝫ dicit de fugibili ⁊ ꝓſeqbili. Secūdo qꝛ etiaꝫ
quum ſpeculatus fuerit aliquid agibile: nō precipit ꝓ-
ſequi: aut fugere: declaratur: quū intelligit terribile: et
nō iubet timere: ſed mouetur coꝛ: aut delectabile: ⁊ nō
iubet delectari: ſꝫ altera pars genitalis mouetur. Ter-
tio quia etiam precipiente intellectu fugere: aut perſe-
qui: non ſequitur motus: ſed agitur ſm̄ cōcupiſcentiā:
vt pꝫ de incontinentibus. Et videmus ꝙ habens me-
dicinam non ſanatur: quia alterius videtur eſſe agere
ſm̄ ſcientiam ꝙ̄ ſcire. Quarta deniqꝫ pars ꝓbatur: qꝛ
ꝯtinentes appetūt ⁊ nō operaꝛ: ſꝫ ſequuntꝛ intellectuꝫ.
ℂ Motiua ſm̄ locum videntur hec duo. ſ. appetitus et Tertia ꝯ.
intellectus practicus ſub intellectu comprehendendo
fantaſiam. Declaratur pͥmo additio iſtius vltime par-
ticule ex duobus. Primo ex hominibus: quia preter
ſcientiam ſequuntur fantaſiam. Secundo ex alijs: qꝛ
alia: neqꝫ intellectum: neqꝫ rationem: ſed fantaſiā ha-
bent. Declaratur deinde ipſa concluſio: quia taꝫ intel-
lectus practicus: qui fine differt a ſpeculatiuo ꝙ̄ appe
titus propter aliquid eſt: quod declaratur: quia cuiꝰ eſt
appetitus: eſt pͥncipiū intelligentie practice: ⁊ vltimuꝫ
intelligentie practice eſt principium actionis.
ℂ Mouens ſm̄ locum eē vnum. ſ. appetibile: manife- Quarta ꝯ.
ſtatur tripliciter. Primo quia ⁊ intellectus mouet: qꝛ
appetibile: quod eſt mouens. eſt principiū eius. Et fan
taſia quum mouet non mouet ſine appetitu. Secūdo
quia illa duo mouentia .ſ. intellectus ⁊ appetitus ſm̄
cōmunem aliquā rationē mouent: ſed conſtat ꝙ intel
lectus non mouet ſine appetitu: quod probatur: qꝛ mo
tus ſm̄ rōnem eſt ſm̄ voluntatem: que eſt appetitus.
Appetitus autem mouet ſine ratione: quod probatur:
quia concupiſcentia incontinentie appetitus quidam
eſt. Tertio quia appetitus ſemper mouet: qḋ ꝓbaꝛ: qꝛ
comprehendit ſemꝑ bonum ⁊ apparēs bonuꝫ actuale
poſſibile aliter ſe hēre: itellus aūt omnis rectus eſt: ap
petitus autem omnis ⁊ fantaſia recta ⁊ non recta.
ℂ Potentia anime motiua ſm̄ locum eſt appetitus. ꝓ Concluſio
batur ex ſupradictis. pͥncipalis.
ℂ Anime partes ſi diuidantur ſm̄ potētias valde mul- Rñſio ad
te fiunt. Manifeſte: quia vegetatiuum: ſenſitiuum: in qōnem.
tellectiuum: conſiliatiuum: ⁊ appetitiuuꝫ plus differūt
abinuicem: ꝙ̄ concupiſcibile: ⁊ iraſcibile.
ℂ Mouēs eſt vnum ſpecie. ſ. appetibile: aut appetitus: Quinta ꝯ.
ita ꝙ appetibile eſt omnium primuꝫ. plura aūt nume
ro. Declaratur ſimul vnitas ⁊ pluralitas: quia appeti-
tus fiunt contrarij abinuicem: quod accidit: quuꝫ con-
cupiſcentia ⁊ ratio contrariantur: quod fit propter ſen
ſum temporis intellectu ad futurum: concupiſcentia
ad nunc attēdente. Deinde declaratur primitas appe-
tibilis: quia mouet non motum. probatur. quia mouet
intellectum aut imaginatum.
ℂ In motu locali animalis tria ſunt. Mouēs quo mo- Sexta ꝯ.
uet: ⁊ quod mouetur. Primuꝫ eſt duplex: mouens im-
mobile: ⁊ hoc eſt actuale bonū: mouens mobile: ⁊ hoc
eſt appetitus. Probatur dupliciter pͥmo: quia appetēs
inquantū appetit mouetur. Scḋo quia appetitꝰ actus
aut motus quidam eſt. Tertiuꝫ. ſ. ꝙ mouetur eſt ani-
mal. Scḋm. ſ. quo mouet organo: hoc corporeum eſt: ⁊
alibi conſiderandum: ſummarie tamen dicitur.
ℂ Mouens organice eſt illud vbi eſt principium ⁊ fi Septia ꝯ.
nis motus

nis motus velut in circulatione. Declaratur primo. qꝛ ſbi duo connexum ſcilicet et concauum: quorum hoc finis: illud principiũ. vnũ.n. mouet. alterũ quieſcit. diſtincta ſm eſſe: non ſm magnitudinem. Secũdo probatur: qꝛ opꝫ manere aliqd ſicut in circulo: ⁊ hinc incipere motum. pbatur qꝛ oia mouentur pulſu ⁊ tractu

**Queſtio** ¶ Conſiderandũ de imperfectis animalibus: quibus ſolum ſenſus tactus ineſt. quid eſt mouens: ⁊ vtrum habeant fantaſiam ⁊ concupiſcentiã. Declaratur primo ratio dubij: qꝛ animal inquãtũ eſt appetitiuũ eſt ſui motiuũ: appetitus aũt eſt cum fantaſia rationali aut ſenſibili: quam conſtat alia animalia habere.

**Reſſo.** ¶ Appetitus ⁊ fantaſia inſunt animalibus imperfectis indeterminate tamen. Primum probatur: qꝛ ineſt eis letitia ⁊ triſtitia. Secundum vero: qꝛ ſicut mouentur ita hec habent: mouentur aũt indeterminate. ergo ⁊c.

**Octaua ꝯ** ¶ Fantaſia ſenſibilis eſt in alijs animalibus: deliberatiua autem in rationalibus. Probatur: quia vtrũ hoc aut hoc agere: rationis opus eſt. probatur: quia eſt poſſibile vnum ex pluribus fantaſmatibus facere. ⁊ neceſſe eſt vno menſurare. probatur: quia maius imitatur. Et manifeſtatur hec ratio: quoniam penes habere cõcluſionem ex ſyllogiſmo: ⁊ nõ habere illã: differt fantaſia ſenſibilis a deliberatiua in hoc: ꝙ illa caret opinione. iſta vero habet illam: ⁊ hinc etiam fit: vt appetitus careat deliberatiuo.

**Nona ꝯ** ¶ Appetitus quandoqꝫ vincit deliberationem: aliquãdo autem mouet ſeipſum appetitus appetitum vt ſpera. Declaratur apud continentes: ⁊ ponitur differẽtia: quia que ſurſum: principalior eſt natura ⁊ mouet. ita vt tribus ſam lationibus moueatur.

**Decima ꝯ** ¶ Scientificuꝫ non mouet: ſed manet: vniuerſalis aũt exiſtimatio practica aut non mouet: ſed particularis: aut vtraqꝫ: ſed vlis quieſcens magis: hec autꝫ mota:

¶ Series autem hec eſt.

TRactaturus de potentia ſm locum motiua animalium quattuor facit. Primo ꝑpoſita intentione interponit queſtionẽ de numero ⁊ modo partiũ anime. Secundo inueſtigat principium ſm locũ motiuum ſcda concluſione diſputans. tertia accedendo ad veritatem. quarta concludendo: ex quibus infertur principalis cõcluſio. Tertio reſpondet queſtioni interpoſite. Quarto de ꝑncipio motiuo tractat applicando ad ipſas anime partes in ſpeciali ⁊ diſtincte tali ordine: ꝙ in quinta ⁊ ſexta diſtinguũtur motiua. In reliquis autꝫ ſingula tractantur. ita ꝙ in ſeptima tractatur motiuum organice: in queſtione vero interiecta motiuũ fantaſtice: ⁊ appetitiue quo ad animalia imperfecta: in quibus eſt dubium: in octaua motiuũ fantaſtice abſolute: in nona motiuũ appetitus: in decima autem motiuum vt ſcitum ſeu cognitũ. Hec enim omnia enumerata ſunt eſſe motiua in quinta et ſexta concluſionibus.

**Tex. 52.** ¶ Circa principalem concluſionem dubium occurrit: quia ſuperius in ſecundo libro tex. 27. potentia anime ſm locum motiua diſtincta eſt contra potentiã appetitiuam. Hic autem expreſſe dicitur: ꝙ potentia appetitiua eſt motiua animalis ſm locum. Si eniꝫ hoc verum eſt: non ſunt quinqꝫ genera potentiarum anime: nec appetitiuum eſt diſtinctum contra ſm locum motiuũ: aut ecõuerſo: ⁊ ſi illud verũ eſt: hoc ſtare non põt. ¶ Ad euidentiam huius difficultatis prelibandum eſt quid eſt hic dubij: ⁊ quid certi. Certũ eſt ⁊ ꝙ appetitus eſt quedaꝫ cauſa motus proceſſiui animalis. hoc enim experimur. Et ꝙ preter appetitum exigitur idoneitas quedam in membris ⁊ organis: que non ſolum conſiſtit in habilitate organorum ad obediendum appetitui: ſed etiã in poteſtate: qua vna pars mouet aliã: hoc ergo experimur. Dubiũ vero eſt duplex. Primũ an motus huiuſmodi ſit ab appetitu vt a principio elicitiuo eius: an imperatiue tantum. Secundũ quid appellatione potentie anime ſm locũ motiue ſupponatur: appetit⁹: an illa ydoneitas: ſeu vis in membris: ſeu primo membro: puta corde. ¶ His prelibatis ſcito: ꝙ motus hic: puta ambulatio: poteſt tripliciter comparari ad appetitum ambulaturi. Primo vt res appetita. Appetim⁹.n. quãdoqꝫ ambulare: ⁊ ſicut comedere ⁊c. alia: ⁊ ſic ambulatio habet rõnem appetibilis. Secundo vt actus imperatus: imperat nãqꝫ appetitus ambulationem: ſicut ⁊ locutionem ⁊ applicationem ceterorum membrorum ad ſuos vſus: ⁊ ſic ambulatio habet rõnem iperabilis: ⁊ de his duabus habitudinibus nulla eſt ambiguitas. Sed tertia eſt. que difficultatem hꝫ ſcꝫ ꝙ comparet̃ ad appetitum vt actus elicitus. Pro parte nãqꝫ negatiua eſt: qꝛ actus elicitus appetitus eſt tãtum appetere: intelligendo per appetere: amare: deſiderare: gaudere: timere: iraſci: ſperare: ⁊ alia huiuſmodi. Mouere aũt ſm locũ nõ eſt appetere. ergo ⁊c. Pro parte vero affirmatiua eſt: qꝛ ſi motus localis animalis eſſet tãtum imperatiue ab appetitu: cum hoc. ſ. eſſe imperatiue ab appetitu ſit commune ceteris operib⁹ anime ſenſitiue ⁊ intellectiue. vt experimur in nobis. vana eſſet tãta perſcrutatio appetitus pro ꝑncipio motiuo: quãta in littera fit. ¶ Et quoniã hec affirmatiua pars rationalior ⁊ Ariſto. eſt: ideo dicendum eſt: ꝙ motus localis animalium eſt ab appetitu elicitiue. ita ꝙ appetitus habet duos actus elicitos: quorum vnus eſt ratio alterius: alterum immanentẽ: qui eſt appetere: alterum trãſeuntem: qui eſt mouere. ⁊ primus eſt rõ ſecundi. Quãuis enim omnis actus immanens appetitus ſit appetere: actus tñ trãſiens nõ eſt appetere. ſed ex appetere. Rationabilior autem eſt. Tum qꝛ actus imperati tãtum ab appetitu quãdoqꝫ preueniunt appetitũ. vt pꝫ in parte ſenſitiua ⁊ intellectiua. Motus autem localis animalis non preuenit appetitum. Tũ qꝛ natura facit ſemper de poſſibilibus meliora. Conſtat autem: ꝙ motus localis melius ineſt animali ſi cõuenit animaliter ꝙ̃ ſi vitaliter tãtũ vt motus cordis: ⁊ quum motus huiuſmodi vt ſic ſit propter finem: nõ poteſt vt ſic conuenire animali animaliter: niſi vt ſic fiat ab appetitu animali: cuius eſt tendere in finem. Motus igit̃ localis animalis ab appetitu neceſſario elicitur: vt vere ſit motus ab anima cognoſcitiua vt ſic. ¶ Ariſto. vero eſt ſententia hec. nã expreſſe dicit mouet quodcunqꝫ virium potentia motiua ſit: aut aliqua dictarũ potentiarum: aut preter conſuetas dici. Et in determinãdo concludit: ꝙ potentia anime motiua ſm locum eſt appetitus. Et poſtmodũ dicit: ꝙ animal inquãtum eſt appetitiuum: eſt ſui motiuũ ſm locum. Et in libro de motibus animaliũ expreſſe dicit ꝙ vltima cã motus eſt appetit⁹: ⁊ loquitur de vltima inferius. ſ. proxima: quoniã vltima ſuperius conſtat: ꝙ nõ eſt appetitus. Et ſic pꝫ ſolutio primi dubij. Et ſi vis ſcire modum: quo appetitus facit motum: vide tractatum prefatum. vbi dicit̃ ꝙ appetitus medijs paſſionibus. ſ. caliditate ⁊c. preparantibus organa. mouet mediante ſpiritu complantato in corde ⁊c. ¶ Ad ſecũdũ

**Quid certum ſit.** **Quid dubium.** **Deciſio**

ad diſtans:indeterminata vero ad coniunctū tantum
ſe extendit. Quo ad locum vero: quia determinata ad
certum locum imaginatū mouet:indeterminata vero
ad locum circundantem tantum. pro vt in loco dele
ctabile: aut triſte aliquid contingitur.

¶ De ↄnectione partiū aīe. Cap. VII.

Côme. 59. Vegetabilem quidem igitur ani
mam neceſſe habere omne qđ
cunqꝫ viuit: ⁊ habet animaꝫ a
generatiõe vſqꝫ ad corruptio
nem. neceſſe eſt enim quod ge
neratur augmentuꝫ habere. ⁊
ſtatum. ⁊ decrementum. hoc autēꝫ ſine ali
mento eſſe impoſſibile: neceſſe igitur ineſſe
vegetabilem potentiam in omnibus gene
Côme. 60. ratis corruptibilibus. ¶ Senſum aūt non
neceſſe in omnibus viuentibus. neqꝫ enim
quorum ſimplex corpus contingit habere
tactum: neqꝫ ſine hoc poſſibile eſſe nullum
animal: neqꝫ quecunqꝫ non ſuſceptiua ſpe
cieruꝫ ſine materia. Animal aūt neceſſe ſen
ſum habere: ſi nihil fruſtra facit natura: ꝓꝑ
aliqđ.n. oīa: que ſunt: natura ſubſiſtūt: aut
concidētia ſunt eoruꝫ: que ſunt ꝓꝑ aliquid.
Si igitur omne ꝓceſſiuum corpus non hꝫ
ſenſum: corrumpeẜ vtiqꝫ: ⁊ ad finem non
vtiqꝫ veniet: qui eſt nature opus: quõ enim
aleẜ: manentibus quidem.n. exiſtit nutrimē
tuꝫ eo in loco. vbi nata ſunt quo nutriri poſ
Côme. 61. ſunt. ¶ Non poteſt autem corpus habere
quidem animam ⁊ intellectum diſcretiuū:
ſenſum autem non habere non manſiuum
exiſtens: generabile autēꝫ. At vero neqꝫ in
generabile: quare enim nõ habebit: aut eniꝫ
anime melius: aut corpori: nunc autēꝫ neu
trum eſt: hoc quidem non magis intelligit:
Côme. 62. hoc aūt nihil erit magis ꝓpter illud. ¶ Nul
lum ergo habet animal corpus nõ manens
ſine ſenſu. At vero ſi habet ſenſum: neceſſe
eſt corpus eſſe: aut ſimplex: aut mixtū. Im
poſſibile autem eſt eſſe ſimplex: tactum eni
Côme. 63. non haberet: eſt autē neceſſe hunc habere.
¶ Hoc autem ex his manifeſtum. Quoniā
enim animal corpus animatum eſt: corpus
autem omne tangibile: tangibile autem qđ
ſenſibile tactu: neceſſe ⁊ animalis corpus ta
ctiuum eſſe: ſi debet ſaluari animal: alij eniꝫ
ſenſus per altera ſentiunt: vt olfatus: viſus:
auditus: tactiuum autem niſi habeat ſenſuꝫ
non hec poterit quidem fugere: illa autem
accipere. Si vero hec: ipoſſibile eſt ſaluari
animal. Propter quod ⁊ guſtus eſt ſicut ta
ctus quidam: alimentū autēꝫ corpus tangi
poſſibile. ¶ Sonus autēꝫ. ⁊ color. ⁊ odor. Côme. 64.
non alunt: neqꝫ faciūt augmentū: neqꝫ de
crementum: quare ⁊ guſtum neceſſe eſt ta
ctum eſſe quendam: qꝛ tangibilis ⁊ vegeta
tiui ſenſus eſt: hi quidēꝫ igiẜ neceſſarij ſunt
animali: quo ⁊ manifeſtum: ꝙ non poſſibi
le ſine tactu animal eſſe. Alij autēꝫ propter
bonum: ⁊ generi animalium iam non cuicū
qꝫ: ſed quibuſdam vt proceſſiuo neceſſe in
eſſe. Si eni debet ſaluari: non ſoluꝫ oportet Côme. 65.
tactum ſentire: ſed ⁊ de longe. ¶ Hoc autē
erit ſi per medium ſenſitiuum fuerit: eo ꝙ il
lud quidē a ſenſibili patiatur. ⁊ moueatur:
ipſum autēꝫ ab illo. Sicut enim mouens ſe
cundum locū vſqꝫ alicubi permutare facit:
⁊ depellens alterum facit: vt pellatur: ⁊ eſt
per mediū motus: ⁊ primum quidem mo
uens depellit: ⁊ non depelliẜ: vltimum aūt
ſolum depellitur non pellens. medium aūt
vtraqꝫ: multa aūt media: ſic ⁊ in alteratiõe.
preter ꝙ vnum manens in eodem loco alte
rat. vt ſi in ceram tinxerit aliquis vſqꝫ ad id
mota eſt: vſqꝫ quo tinxerit: lapis autē nihil
ſꝫ aqua. vſqꝫ quo procul. aer autem ad plu
rimum mouetur. ⁊ facit ⁊ patitur ſi ma
neat. ⁊ vnus ſit. Unde ⁊ de repercuſſione ē
melius: ꝙꝫ viſum egredientē repercuti. aerē
pati a figura. ⁊ colore. vſqꝫ quo quidem ſit
vnus. In leui autēꝫ eſt vn⁹: propter quod
hic iterū viſuꝫ mouebit: ſicut vtiqꝫ ſi in cera Côme. 66.
ſigillū ingredereẜ vſqꝫ ad finē. ¶ Qđ autē
impoſſibile ſit ſimplex eſſe animalis corpus
manifeſtum eſt. dico autēꝫ puta igneū: aut
aereuꝫ. Sine quidem eniꝫ tactu neqꝫ vnū
cõtingit animaliū ſenſuꝫ habere. corpus.n.
tactiuum animatum omne ſicut dictuꝫ eſt.
alia autem preter terram. ſenſitiua quidem
vtiqꝫ fient. omnia autem eo ꝙ ſentire per al
terum faciunt ſenſum: ⁊ per mediū. tactus
autem eſt in tangendo ipſa: propter quod ⁊
habet hoc nomen. ⁊ tamen alij ſenſus tactu
ſentiunt: ſed per altera. hic autē videẜ ſolus
per ſeipſum: quare huiuſmodi elementorū
nullū vtiqꝫ erit corpus animalis. Nec itaqꝫ
terrenū. oīum enim tangibiliū tactus eſt ſi
cut medietas ⁊ ſuſceptiuus ſenſus: nõ ſolū
quecunqꝫ differentie terre ſunt: ſed calidi ⁊
frigidi. ⁊ aliorū oīum tangi poſſibiliuꝫ. Et
ꝓpter hoc oſſib⁹: ⁊ capillis: ⁊ huiuſmodi
partibus nõ ſentimus: quia terree ſunt. Et
plante etiam ob hoc nec vnum habent ſen
ſum: qꝛ terree ſunt. ſine aūt tactu nec vnuꝫ

poſſibile

poſſibile eſt animalium eſſe. hic aũt ſenſus non eſt neq; terre: neq; alius elementorum
Cõmẽ. 67. vllius. ¶ Manifeſtum igitur: quoniam neceſſe hoc ſolo priuata ſenſu animalia mori. neq; enim hunc poſſibile eſt habere non animal exiſtens: neq; cũ ſit animal aliũ neceſſe eſt habere preter hunc. Et propter hoc q̃dẽ alia ſenſibilia excellentijs nõ corrũpunt animal. vt color. ⁊ odor. ⁊ ſonus: ſed ſolũ ſenſus: niſi ſm accidens: puta ſi ſimul cum ſono depulſio fiat: ⁊ ictus: ⁊ a viſis ⁊ odore alia mouenẽ: que tactu corrumpunt: ⁊ humor autem ſm q̃ accidit ſimul tactiuũ eſſe ſic corrumpit. Tangibilium autem excellẽtia: vt calidorũ: ⁊ frigidorum: ⁊ durorum
Cõmẽ. 68. corrumpit animal. ¶ Omnis quidem enim ſenſibilis ſuperfluitas corrumpit ſenſum: quare ⁊ quod tangi poteſt tactum. hoc aũt tactu determinatũ eſt viuere. Sine enim tactu monſtratũ eſt. q̃ impoſſibile eſt animal eſſe. vnde tangibiliũ excellentia non ſolum corrumpit ſenſum: ſed animal: quia neceſſe ſolũ habere hunc. Alios aũt ſenſus habet animal: ſicut dictum eſt. non propter eſſe: ſed propter bene eſſe. vt viſum: quia in aere ⁊ aqua vt videat. omnino autem quoniã in diaphano. guſtum autem habet propter delectabile. ⁊ triſte. vt ſentiat q̃ in alimento ⁊ concupiſcat. ⁊ moueatur. auditum aũt vt ſignificetur aliquid ipſi: linguam autem hꝫ quatenus ſignificet aliquid alteri.

¶ Summa huius capituli hec eſt.

Prima ꝫ Omne viuens habet potentiã ſeu animaꝫ vegetabilẽ a generatione vſq; ad corruptionẽ. Probaẽ q: omne genitum habet augmentũ: ſtatũ: ⁊ decremẽtum: q̃ ſine alimento non eſt.

Scda ꝫ ¶ Omne viuens non eſt neceſſe habere ſenſuꝫ. probaẽ dupliciter. Primo quia tactus: ſine quo nullus eſt ſenſus: non poteſt ineſſe ſimplici corpori. Secũdo q: nec poteſt ineſſe non ſuſceptiuis ſpecierũ ſine materia.

Tertia ꝫ ¶ Omne animal proceſſiuum habet ſenſum. probatur dupliciter. Primo q: ſi proceſſiuũ caret ſenſu corrũpetur: ⁊ ad naturalẽ ſinẽ non perueniet. hoc aũt eſt incõueniens. probatur ſequela: q: non poſſet nutriri: manẽtia enim coniunctũ habent nutrimentũ. Impoſſibilitas vero conſequentis: q: natura nihil facit fruſtra: q̃ ꝓbatur: q: omnia que natura ſubſiſtunt: aut ſunt propter finẽ: aut coincidentia eorũ: que ſunt propter finẽ. Secundo apud quoſdã: q: ſi ꝓceſſiuũ caret ſenſu. ⁊ diſcernit intellectu: ſiue generabile ſit: ſiue igenerabile: nulla rõne carere debet ſenſu: q: aut ꝓp melius anie: aut corpori: ſꝫ neutrũ eſt. Anima enim nõ magis intelliget: corpus vero nõ magis erit ꝓpter ſenſus carentiã.

Queſtio ℭ Dubiuꝫ eſt quō ⁊ quot opꝫ partes anime dicere. Declaraṫ: quia quodāmodo videntur infinite ⁊ non ſole rationalis: ⁊ iraſcibilis: ⁊ concupiſcibilis: vel rationalis vel irrationalis. Probaṫ: quia ſm huiuſmodi differētias apparent alie magis differētes: manifeſtatur ſigillatim. Primo in vegetatiua: quia plantis ⁊ omnibꝰ viuentibus ineſt. Scdo in ſenſitiua: qꝛ nec ratiōalis: nec irratiōalis ponetur facile. Tertio in fantaſtica: quia ſi ſeparate ponantur partes anime: multū dubiū eſt: cui harum altera: vel eadem ſit. Quarto in appetitiua: qꝛ ſi tria ſunt in anima: in vnoquoqꝫ erit appetitus: incōueniens aūt eſt appetitū ſequeſtrare: ⁊ probatur ſequela: quia in ratiocinatiua ſit volūtas: ⁊ in rationali ira ⁊ concupiſcentia. Quinto de motiua ſm locuꝫ: declaratur ſpecialis ⁊ ad propoſitum ambiguitas: quia in motu augumenti ⁊ decrementi mouens eſt generatiuum ſiue vegetatiuum. de motu autem reſpirationis ⁊ expirationis poſterioꝛ eſt perſcrutatio.

Scda ꝫ ℭ Motiuum ſm locum proceſſiuum animalium non eſt potētia vegetatiua: nec ſenſitiua: nec ratiocinatiua: ⁊ intellectiua: nec appetitus ⁊c̄. Prima pars ꝓbaṫ dupliciter. Primo qꝛ motus hic ſemper ſit ꝓpter aliqd: aut cum fantaſia: aut appetitu. probatur; quia nihil nō appetens aut fugiens moueṫ niſi violenter. Scdo: qꝛ plante ꝓcederent: ⁊ haberent organa ad hoc. Secūda pars ꝓbatur: quia multa ſunt animalia perfecta ⁊ nō orbata ſenſuꝫ habentia etiam mobilia. Et ꝙ ſint perfecta ⁊ non orbata, probatur; quia generatiua ſunt: ⁊ augumentū ⁊ decrementuꝫ habent. Et vero ſint imobilia ab intrinſeco pꝫ: quia aliter haberēt partes organicas ꝓceſſionis. ꝓbatur: qꝛ natura nihil facit fruſtra: neqꝫ deficit in neceſſarijs. Tertia deinde pars dupliciter. ꝑmo qꝛ intellectus ſpeculatiuus nihil ſpeculaṫ agibile: neqꝫ dicit de fugibili ⁊ ꝓſeqbili. Secūdo qꝛ etiaꝫ quum ſpeculatus fuerit aliquid agibile: nō precipit ꝓſequi: aut fugere: declaratur: quū intelligit terribile: et nō iubet timere: ſed mouetur coꝛ: aut delectabile: ⁊ nō iubet delectari: ſꝫ altera pars genitalis mouetur. Tertio quia etiam precipiente intellectu fugere: aut perſequi: non ſequitur motus: ſed agitur ſm cōcupiſcentiā: vt pꝫ de incontinentibus. Et videmus ꝙ habens medicinam non ſanatur: quia alterius videtur eſſe agere ſm ſcientiam ꝗ̄ ſcire. Quarta deniqꝫ pars ꝓbatur: qꝛ ꝯtinentes appetūt ⁊ nō opanṫ: ſꝫ ſequunṫ intellectuꝫ.

ℭ Motiua ſm locum videntur hec duo. ſ. appetitus et intellectus practicus ſub intellectu comprehendendo fantaſiam. Declaratur ꝑmo additio iſtius vltime particule ex duobus. Primo ex hominibus: quia preter ſcientiam ſequuntur fantaſiam. Secundo ex alijs: qꝛ alia: neqꝫ intellectum: neqꝫ rationem: ſed fantaſiā habent. Declaratur deinde ipſa concluſio: quia taꝫ intellectus practicus: qui fine differt a ſpeculatiuo ꝗ̄ appetitus propter aliquid eſt: quod declaratur: quia cuiꝰ eſt appetitus: eſt ꝑncipiū intelligentie practice: ⁊ vltimuꝫ intelligentie practice eſt principium actionis. Tertia ꝫ

ℭ Mouens ſm locum eē vnum. ſ. appetibile: manifeſtatur tripliciter. Primo quia ⁊ intellectus mouet: qꝛ appetibile: quod eſt mouens. eſt principiū eius. Et fantaſia quum mouet non mouet ſine appetitu. Secūdo quia illa duo mouentia. ſ. intellectus ⁊ appetitus ſm cōmunem aliquā rationē mouent: ſed conſtat ꝙ intellectus non mouet ſine appetitu: quod probatur: qꝛ motus ſm rōnem eſt ſm voluntatem: que eſt appetitus. Appetitus autem mouet ſine ratione: quod probatur: quia concupiſcentia incontinentia appetitus quidem eſt. Tertio quia appetitus ſemper mouet: qd̓ ꝓbaṫ: qꝛ comprehendit ſemꝑ bonum ⁊ apparēs bonuꝫ actuale poſſibile aliter ſe hēre: itellus aūt omnis rectus eſt: appetitus autem omnis ⁊ fantaſia recta ⁊ non recta. Quarta ꝫ

ℭ Potentia anime motiua ſm locum eſt appetitus. ꝓbatur ex ſupradictis. Concluſio ꝑncipalis.

ℭ Anime partes ſi diuidantur ſm potētias valde multe fiunt. Manifeſte: quia vegetatiuum: ſenſitiuum: intellectiuum: conſiliatiuum: ⁊ appetitiuuꝫ plus differūt abinuicem: ꝗ̄ concupiſcibile: ⁊ iraſcibile. Rñſio ad qōnem.

ℭ Mouēs eſt vnum ſpecie. ſ. appetibile; aut appetitus: ita ꝙ appetibile eſt omnium primuꝫ. plura aūt numero. Declaratur ſimul vnitas ⁊ pluralitas: quia appetitus fiunt contrarij abinuicem: quod accidit: quuꝫ concupiſcentia ⁊ ratio contrariantur: quod ſit propter ſenſum temporis intellectu ad futurum: concupiſcentia ad nunc attēdente. Deinde declaratur primitas appetibilis: quia mouet non motum. probatur. quia mouet intellectum aut imaginatum. Quinta ꝫ

ℭ In motu locali animalis tria ſunt. Mouēs quo mouet; ⁊ quod mouetur. Primuꝫ eſt duplex: mouens immobile: ⁊ hoc eſt actuale bonū; mouens mobile: ⁊ hoc eſt appetitus. Probatur dupliciter ꝑmo: quia appetēs inquantū appetit mouetur. Scdo quia appetitꝰ actus aut motus quidam eſt. Tertiuꝫ. ſ. ꝙ mouetur eſt animal. Scōm. ſ. quo mouet organo: hoc corporeum eſt: ⁊ alibi conſiderandum: ſummarie tamen dicitur. Sexta ꝫ

ℭ Mouens organice eſt illud vbi eſt principium ⁊ finis motus Septia ꝫ

nis motus velut in circulatione. Declaratur primo. qꝛ ſibi duo connexum ſcilicet et concauum: quorum hoc finis: illud principiũ. vnum mouet. alterũ quieſcit. diſtincta ſm eſſe: non ſm magnitudinem. Secũdo probatur: qꝛ opꝫ manere aliqd ſicut in circulo: ⁊ hinc incipere motum. pbatur qꝛ oia mouentur pulſu ⁊ tractu

Queſtio ¶ Conſiderandũ de imperfectis animalibus: quibus ſolum ſenſus tactus ineſt. quid eſt mouens: ⁊ vtrum habeant fantaſiam ⁊ concupiſcentiaꝫ. Declaratur primo ratio dubij: qꝛ animal inquãtuꝫ eſt appetitiuũ eſt ſui motiuũ: appetitus aũt eſt cum fantaſia rationali aut ſenſibili: quam conſtat alia animalia habere.

Rñſio. ¶ Appetitus ⁊ fantaſia inſunt animalibus imperfectis indeterminate tamen. Primum probatur: qꝛ ineſt eis letitia ⁊ triſtitia. Secundum vero: qꝛ ſicut mouentur ita hec habent: mouentur aũt indeterminate. ergo ⁊c.

Octaua ꝯ ¶ Fantaſia ſenſibilis eſt in alijs animalibus: deliberatiua autem in rationalibus. Probatur: quia vtruꝫ hoc aut hoc aget: rationis opus eſt. probatur: quia eſt poſſibile vnum ex pluribus fantaſmatibus facere. ⁊ neceſſe eſt vno menſurare. probatur: quia maius imitatur. Et manifeſtatur hec ratio: quoniam penes habere cõcluſionem ex ſyllogiſmo: ⁊ nõ habere illaꝫ: differt fantaſia ſenſibilis a deliberatiua in hoc: ꝙ illa caret opinione: iſta vero habet illam: ⁊ hinc etiam fit: vt appetitus careat deliberatiuo.

Nona ꝯ ¶ Appetitus quandoqꝫ vincit deliberationem: aliquãdo autem mouet ſeipſum appetitus appetitum vt ſpera. Declaratur apud continentes: ⁊ ponitur differẽtia: quia que ſurſum: principalior eſt natura ⁊ mouet. ita vt tribus ſam lationibus moueatur.

Decima ꝯ ¶ Scientificuꝫ non mouet: ſed manet: vniuerſalis aũt exiſtimatio practica aut non mouet: ſed particularis: aut vtraqꝫ: ſed vlis quieſcens magis: hec autem iuncta:

¶ Series autem hec eſt.

TRactaturus de potentia ſm locum motiua animalium quattuor facit. Primo ꝓpoſita intentione interponit queſtionẽ de numero ⁊ modo partiuꝫ anime. Secundo inueſtigat principium ſm locuꝫ motiuum ſcđa concluſione diſputans. tertia accedendo ad veritatem. quarta concludendo: ex quibus infertur principalis cõcluſio. Tertio reſpondet queſtioni interpoſite. Quarto de pͥcipio motiuo tractat applicando ad ipſas anime partes in ſpeciali ⁊ diſtincte tali ordine: ꝙ in quinta ⁊ ſexta diſtinguũtur motiua. In reliquis autẽ ſingula tractantur. ita ꝙ in ſeptima tractatur motiuum organice: in queſtione vero interiecta motiuuꝫ fantaſtice: ⁊ appetitiue quo ad animalia imperfecta: in quibus eſt dubium: in octaua motiuũ fantaſtice abſolute: in nona motiuũ appetitus: in decima autem motiuum vt ſcitum ſeu cognituꝫ. Hec enim omnia enumerata ſunt eſſe motiua in quinta et ſexta concluſionibus.

Tex. 52. ¶ Circa principalem concluſionem dubium occurrit: quia ſuperius in ſecundo libro tex. 27. potentia anime ſm locum motiua diſtincta eſt contra potentiaꝫ appetitiuam. Hic autem expreſſe dicitur: ꝙ potentia appetitiua eſt motiua animalis ſm locum. Si eniꝫ hoc verum eſt: non ſunt quinqꝫ genera potentiarum anime; nec appetitiuum eſt diſtinctum contra ſm locum motiuũ: aut ecõuerſo: ⁊ ſi illud verũ eſt: hoc ſtare non põt. ¶ Ad euidentiam huius difficultatis prelibandum eſt quid eſt hic dubij: ⁊ quid certi. Certuꝫ eſt ⁊ ꝙ appetitus eſt quedaꝫ cauſa motus proceſſiui animalis. hoc enim experimur. Et ꝙ preter appetitum exigitur idoneitas quedam in membris ⁊ organis: que non ſolum conſiſtit in habilitate organorum ad obediendum appetitui: ſed etiã in poteſtate: qua vna pars mouet aliã: hoc ergo experimur. Dubiuꝫ vero eſt duplex. Primũ an motus huiuſmodi ſit ab appetitu vt a principio elicitiuo eius: an imperatiue tantum. Secundũ quid appellatione potentie anime ſm locuꝫ motiue ſupponatur: appetit⁹: an illa ydoneitas: ſeu vis in membris: ſeu primo membro: puta corde. ¶ His prelibatis ſcito: ꝙ motus hic: puta ambulatio: poteſt tripliciter comparari ad appetitum ambulaturi. Primo vt res appetita. Appetim⁹. n. quãdoqꝫ ambulare: ⁊ ſicut comedere ⁊c. alia: ⁊ ſic ambulatio habet rõnem appetibilis. Secundo vt actus imperatus: imperat nãqꝫ appetitus ambulationem: ſicut ⁊ locutionem ⁊ applicationem ceterorum membrorum ad ſuos vſus: ⁊ ſic ambulatio habet rõnem iperabilis: ⁊ de his duabus habitudinibus nulla eſt ambiguitas. Sed tertia eſt. que difficultatem hꝫ ſcꝫ ꝙ comparetur ad appetitum vt actus elicitus. Pro parte nãqꝫ negatiua eſt: qꝛ actus elicitus appetitus eſt tãtum appetere: intelligendo per appetere: amare: deſiderare: gaudere: timere: iraſci: ſperare: ⁊ alia huiuſmodi. Mouere aũt ſm locũ nõ eſt appetere. ergo ⁊c. Pro parte vero affirmatiua eſt: qꝛ ſi motus localis animalis eſſet tãtum imperatiue ab appetitu: cum hoc. ſ. eſſe imperatiue ab appetitu ſit commune ceteris operib⁹ anime ſenſitiue ⁊ intellectiue. vt experimur in nobis. vana eſſet tãta perſcrutatio appetitus pro pͥcipio motiuo: quãta in littera fit. ¶ Et quoniã hec affirmatiua pars rationabilior ⁊ Ariſto. eſt. ideo dicendum eſt: ꝙ motus localis animalium eſt ab appetitu elicitiue. ita ꝙ appetitus habet duos actus elicitos: quorum vnus eſt ratio alterius: alterum immanenteꝫ: qui eſt appetere: alterum trãſeuntem: qui eſt mouere. ⁊ primus eſt rõ ſecundi. Quãuis enim omnis actus immanens appetitus ſit appetere: actus tñ trãſiens nõ eſt appetere. ſed ex appetere. Rationabilior autem eſt. Tum qꝛ actus imperati tãtum ab appetitu quãdoqꝫ preueniunt appetituꝫ. vt pꝫ in parte ſenſitiua ⁊ intellectiua. Motus autem localis animalis non preuenit appetitum. Tuꝫ qꝛ natura facit ſemper de poſſibilibus meliora. Conſtat autem: ꝙ motus localis melius ineſt animali ſi cõueniat animaliter ꝙ̃ ſi vitaliter tãtuꝫ vt motus cordis: ⁊ quum motus huiuſmodi vt ſic ſit propter finem: nõ poteſt vt ſic conuenire animali animaliter: niſi vt ſic fiat ab appetitu animalis: cuius eſt tendere in finem. Motus igit̃ localis animalis ab appetitu neceſſario elicitur: vt vere ſit motus ab anima cognoſcitiua vt ſic. ¶ Ariſto. vero eſt ſententia hec. nã expreſſe dicit mouet quodcunqꝫ virium potentia motiua ſit: aut aliqua dictaruꝫ potentiarum: aut preter conſuetas dici. Et in determinãdo concludit: ꝙ potentia anime motiua ſm locum eſt appetitus. Et poſtmodũ dicit: ꝙ animal inquãtum eſt appetitiuum: eſt ſui motiuuꝫ ſm locum. Et in libro de motibus animaliuꝫ expreſſe dicit ꝙ vltima cã motus eſt appetit⁹: ⁊ loquitur de vltima inferius. ſ. proxima: quoniã vltima ſuperius conſtat: ꝙ nõ eſt appetitus. Et ſic pꝫ ſolutio primi dubij. Et ſi vis ſcire modum: quo appetitus facit motum: vide tractatum prefatum. vbi dicit̃ ꝙ appetitus medijs paſſionibus. ſ. caliditate ⁊c. preparantibus organa. mouet mediante ſpiritu complantato in corde ⁊c. ¶ Ad ſecũdũ

Quid certum ſit.

Quid dubium.

Deciſio

autem dubium videt̃ mihi dicendum: q̃ queſtio non eſt niſi in verbis quibuſdã interpretantibus potentiã motiuã potentiã in membris: quã vocãt executiuam: quibuſdã interpretantibus potentiã motiuã potentiaʒ proxime actiue eliciuaʒ motus: que eſt appetitus. Et ſi Ariſto. ydiomate loqui volumus. ſcḋa interpretatio vera eſt. ¶ Nec obſtat q̃ in ſecũdo libro poſuerit q̃ntum genus potentiarum anime potentiã ſm locũ motiuam: ⁊ diſtinxerit contra appetitiuã. Quoniã formalis diſtinctio in rõne potentie inter potens appetere: ⁊ potens ſm locum mouere: ſufficit ad ſaluandã diſtinctionem illam: q2 enim mouere ſm locum: ⁊ appetere ſunt actus diſtincti genere. ideo potentia motiua ⁊ appetitiua diſtinguũtur genere ſm rõnem potentie: quoniam potentie diſtinguũtur per actus. ¶ Quãuis dici poſſet q̃ diſtinctio illa ꝓpoſita eſt tanq̃ famoſa: poſtmodum examinanda ſm veritatem: in cuius ſignum ſtatim Ariſto. hoc in loco: quum intuliſſet: q̃ potentia ſm locum motiua coincidat cuʒ potentia appetitiua. ſubdit q̃ ſi partes anime ſecande ſunt ſm potentias: ſiunt valde multe: quaſi diceret: q̃ appetitiuum ⁊ ſm locum motiuum non ſunt diuerſe partes anime ſm rem: ſed ſm rationem potentie.

Tex. 52. ¶ Circa reſponſionem ad queſtionem motã in littera de multitudine partium anime duplex dubiuʒ occurrit. Primo: an ſi partes anime diuidantur ſm potentias: numerus ſpecificus partiuʒ anime eſſet iuxta numerum ſpecificum actuuʒ. Et hoc eſt querere: an potẽtie anime diſtinguantur ſpecie ſm diſtinctionem ſpecificam actuũ. Pro parte nãq; affirmatiua eſt: q2 quũ potentia diſtinguatur per actum: ſicut actus diuerſi generis exigunt potẽtias diuerſas genere: ſic actus diſtincti ſpecie exigunt potentias diſtinctas ſpecie: proportionaliter nãq; diſtinctio diſtinctioni reſpondet. Pro parte vero negatiua eſt: q2 ſequeretur: q̃ vis viſiua albi eſſet potentia diſtincta ſpecie a vi viſiua nigri: ⁊ breuiter tot eſſent ſm ſpecieʒ potentie ſenſitiue: quot ſunt ſm ſpeciem ſenſibilia. Dubium ſecundo eſt litterale: q2 Ariſto. in littera conſiliatiuum ponit potentiã plus diſtinctam ab intellectiuo: q̃ inter ſe diſtent concupiſcibile ⁊ iraſcibile: quum tamen hec ſint diuerſe potentie: ⁊ illa non.

Opio quorũdaʒ iprobatur. ¶ Ad euidentiam p̃me difficultatis ſcito: q̃ licet quidam declinauerint in partem affirmatiuam queſiti. non reputantes inconueniens ponere tot ſenſus quot ſenſibilia. vt tamen erubeſcãt: ducito eos ad hoc etiam q̃ tot eſſent ſm ſpecieʒ ſenſus cõmunes quot ſenſibilia: ⁊ tot fantaſie quot ſpecies fantaſiabilium: ⁊ tot potentie memoratiue: ⁊ cogitatiue: quot ſpecies memorabilium: ⁊ cogitabilium. Et ſi nec ſic reſipiſcunt: adiungito: q̃ tot erunt potentie intellectiue quot ſpecies intelligibilium. ⁊ ſic aduertent ſe erraſſe. quiʒ etiam vnus ⁊ idem habitus ſm ſpeciem ſit diſtinctorum ſm ſpeciem ⁊ contrariorum: eadem eniʒ medicina eſt ſanationis ⁊ egrotationis principiũ pro vt vult.

Solu° ſingularis. ¶ Dicendũ eſt igitur: q̃ aliud eſt loqui de diſtinctione potentiarum abſolute: ⁊ aliud de diſtinctione potentiarum cõtractarum ad naturam materie: ⁊ aliud de diſtinctione potentiarum contractarum ad naturam anime. Potentia nanq; abſolute ſumpta multiplicat̃ penes per ſe differentias actus: quẽ p̃mo reſpicit: quoniam quũ actus ſit diſtinguens ⁊ ſeparans. vt dicit̃. 7° metaph. tex. 49. nõ poteſt fieri vt per ſe multiplicetur actus: quin proportionaliter multiplicetur potẽtia illi reſpondens: nulla eniʒ ex parte potentie rõ extat quare non multiplicetur: ex quo abſolute ſumitur: ⁊ abſolute ſumpta quicquid eſt: ipſius eſt actus. Potẽtia vo contracta ad naturaʒ materie multiplicatur ſpecifice ſm multitudinem ſpecierum actuum in eſſe naturali: ⁊ ratio eſt: quia natura materie dearticulatur ſm ſingulas rerum naturalium ſpecies: omnium enim natura conſtantium: quorum diuerſe ſunt ſpecies: materie quoq; proprie differunt ſpecie. Et propterea Ariſto. 3° phyſico. cõ. 10. de potentijs contractis ad naturam materie loquens dixit: q̃ poſſe ſanari ⁊ poſſe infirmari diſtinguũtur: alioquin ſanari ⁊ infirmari eſſent ideʒ. Et Auerroys. 12. metaph. cõ. 11. dixit: q̃ numerus habilitatum in materia eſt ſm numerum ſpecierum. Potẽtia autem contracta ad naturã anime non ſic ſe habet: ſed quoniã aĩa adeo eleuat̃ ſupra naturam: vt infima anima eminenter ꝯtineat etiã cõtrarias nãrum ſpẽs: vt ſua teſtant̃ opera. Mouet. n. aĩa vegetatiua ſimul ⁊ vnico actu ad omnes differẽtias poſitionis: ad quas plures opʒ natures mouere. ſ. graue: leue ⁊c̃. Cõſequẽs eſt vt potentie anime adeo etiã eleuate ſint nãe: vt nõ diuerſificent̃ ſm diſtinctionem ſpecificam rerũ in eẽ nãli. Sed ſm altiores quaſdã differẽtias ꝓportiõales nãe aĩe. vnde Ariſto. ſuperius lib. 2° tex. cõ. 107. expſſe dixit: q̃ vnuſquiſq; ſenſus eſt vnius totius ꝯtrarietatis: ⁊ certuʒ eſt: q̃ loquit̃ de vnitate ſpecifica athomaq: q̃ñ pluralitatem ſpecificam tactus inueſtigabat. Partes igit̃ poteſtatiue anime: q2 potentie animales ſunt: ac per hoc altioris ordinis q̃ ſpecies nature: nõ multiplicantur iuxta numerum ſpecierum rerũ naturaliũ: ⁊ ꝯſequenter nec actuũ priorum: ſed vna ⁊ eadem ſm athomam rõnem elicitiua eſt plurium operũ ſm ſpeciem iuxta diuerſitatem habituum: vel ſpecierum ſenſibilium: imaginabilium: vel intelligibilium.

¶ Atteſtatur autem huic quaʒ diximus differentie inter potentias nature ⁊ potentias aĩe: hoc qḋ videm° in potentijs rõnalibus: videmus. n. q̃ vna ſm ſpeciem potentia rõnalis eſt vtriuſq; ꝯtrarij: vt medicina ſani ⁊ egri: ⁊ tamẽ in nã due ſunt potẽtie ad hec iuxta illud tertij phyſicorũ poſſe ſanari aliud eſt a poſſe infirmari.

¶ Ad ſecundũ aũt dubium dicitur: q̃ q2 conſilium eſt de particularibus: ⁊ particularium cognitio ⁊ collatio ſpectat ad cogitatiuam: ideo conſiliatiui nomine intelligit cogitatiuam: quam conſtat non ſolum eſſe aliam ſm rem potentiam ab intellectu: ſed alterius ordinis. Et teſtis huius interpretatiõis eſt tranſlatio arabica: que habet loco conſiliatiui cogitatiuum. Singularis gloſa.

Tex. 54. ¶ Circa quintam concluſionem dubium occurrit quomodo mouens eſt vnum ſpecie: ⁊ plura numero: quũ manifeſte pateat: ⁊ q̃ illud mouens: qḋ in littera dicitur vnum ſpecie: puta appetibile. vel appetitiuum eſt plurium ſpecierum: ⁊ tam appetibile q̃ appetitus diuerſas habent ſpecies: ⁊ illud mouens: qḋ dicitur plura numero: puta appetitus ipſe eſt etiam plura ſpecie: quoniam appetitus contrarij ſpecie differunt.

Sigularis gloſa. ¶ Ad hoc breuiter dicit̃: q̃ vnum ſpecie vocat̃ dupliciter: ꝓprie vt ſpẽs eſt vnũ de quinq; p̃dicabilib°. Alio modo cõmuniter: vt ſpẽs idem eſt qḋ rõ formalis. Et ſimiliter plura numero dupliciter. i. particularia ſolo numero differẽtia: vel numerata ſub aliqua rõne formali. In ꝓpoſito ſcḋo mõ ſumit̃ taʒ vnũ ſpẽ q̃ plura numero. ita q̃ intẽtio lr̃e eſt dicere: q̃ mouens ſiue ſumamus appetibile ſiue appetitum eſt vnũ ſm rõneʒ formalem: q2 quodcunq; appetibile mouet ſub rõne appetibilis: ⁊ quicunq; appetitus mouet vt appetens. Eſt autem plura ſm numerum: quia plurificantur appetibilia: ⁊ appetitus eſt appetitus ſuperior ⁊ inferior

Vid̃ auctorẽ ſup̃ ḋ ente et ẽentia caplõ. 7.

⁊ hoc

& hoc manifeſtum eſt: quia ſunt quãdoq̃ contraria.

Tex. 54. ¶ Circa ſextã cõcluſionẽ dubium occurrit duplex circa illos terminos: mouens: mobile: & im mobile &c. Et primum quidem dubium eſt de ſignificatione eoꝝ. an. ſ. ſumantur in eadem ſignificatione: an diuerſa. Qz enĩ variettur ſignificatio oſtenditur ex hoc: ꝙ quũ mobile dicitur de appetitu: nõ ſignificat motũ. qui eſt actus imperfecti: ſed perfecti. Quũ aũt dicit de aiali: ſignificat motũ: qui eſt actus imperfecti: dicit enĩ in lr̃a & ꝙ appetitus eſt mouens mobile: & ꝙ id qđ mouet eſt animal. Similiter mouens quum dicit de appetibili: aut nullam actionem ſignificat: aut illam que non infert motũ: qui eſt actus imperfecti: & ꝯſequenter nõ ſignificat mouere. Quũ aũt dicit de appetitu: ſignificat mouere inferens verũ motũ: dicit enim in lr̃a. & ꝙ appetibile eſt mouens imobile: & ꝙ appetit' eſt mouens mobile. Quod aũt in eadem ſignificatione ſumant: oſtenditur ex hoc: ꝙ equiuocatio doctrinam ſophiſticam: & eam turpem parit. Rude quippe ſatis fuiſſet diſcutere coniunctionem & ſegregationem horum terminoꝝ in concurrentibus ad motum localez animalis: & equiuoce eis vti. non enim illimet termini repetuntur niſi ſm vocem. ¶ Dubium vero ſecundum ꝓpinquũ eſt predicto: & eſt de genere cauſalitatis importate in eiſdẽ. an. ſ. mouẽs ſumatur ſemper hic vniformiter pro mouente effectiue: an difformiter: puta nunc pro mouente effectiue: nunc pro mouente finaliter. Hoc enim nõ parũ refert. Et ſimiliter ambiguũ eſt de mobili & im mobili. Qz enim ſumatur difformiter pꝫ ex hoc: ꝙ appetibile non mouet niſi finaliter: & appetitus non mouet niſi effectiue: & in littera de vtroq̃ dicit: ꝙ eſt mouens. Similiter mobile & imobile: penes que differũt appetitus & appetibile: non ſumuntur vniformiter: qz ſi ſm effectiuam cauſalitatez affirmatio & negatio nõ inueniuntur differre: quia appetitus eſt imobilis effectiue. Si vero ſm cauſalitatem finalez: ſimiliter contingit non differre: qz appetibile aliquod habet cauſaz finalẽ. Qz autem vniformiter ſumi debeãt: ex ipſa diſcuſſione: & oppoſitione: cõiunctione: ſegregationeq̃ pꝫ. Accideret enim idem inconueniens ex hac difformitate: que ex variatione ſignificationis emerſit: & propterea oportet hec noſſe quomodo ſumantur in ꝓpoſito.

¶ Ad vtrũq̃ dubiũ breuiter dicitur: ꝙ termini iſti ſumantur ſemper in eadem ſignificatione & cauſalitate: ſed ſignificatio eorum hic neuter motus ꝑ ſe eſt. Sumantur enim mouere & moueri hoc in loco pro actione & paſſione trãſcendentibus in cõmuni: ſiue hec agere & pati attendantur ſm motũ: qui eſt actus perfecti: ſiue ſm motum: qui eſt actus imperfecti. Eſt ſiquidez analogum quoddam agere & pati cõmuniter ſumptũ ad hec: nam contingit ab altero ſuſcipere: vt patiens ab agente non ſolum verum motum: ſed motum: qui eſt actus perfecti: vt viſionẽ a viſibili: & ſimilia. Et quoniam appetitus ab appetibili mouetur etiaz effectiue iuxta illud Auerroys. 12. metaphyſi. cõ. 36. Balneum in aĩa eſt agens deſideriũ: adcirco de mouere & moueri: & nõ moueri effectiue ſemper eſt ſermo in propoſito. ita ꝙ appetibile eſt mouens imobile effectiue: & appetitus eſt actu mouens & paſſiue motus: animal aũt motum medio organo &c. Et ꝙ hec ſit mens Ariſto. inſinuant ſue rationes: probat enim appetibile eſſe mouens imobile: qz mouet cognitum: quod eſt dicere: qz cognoſci nihil ponit in re cognita: ac per hoc mouens cognitum mouet imotũ. Probat quoq̃ appetitum moueri: qz appetitio ipſa eſt motus: vel actus quidaz: qđ eſt dicere: qz appetit' ipſa eſt paſſio quedã ab alio: hoc enĩ moueri & actus vel motus inſinuant. Et tu bene notabis hunc textum: quoniã ex hac vniformitate habes fundamentum: vt in metaphyſica intelligas: quomodo primus motor mouet vt amatum &c. Vide I. 12. metaphyſ. tex. cõ. 36.

Tex. 56. ¶ Circa queſtionem de animalium imperfectoꝝ motore dubium occurrit. An nomine animalium imperfectorum hoc in loco intelligantur animalia non proceſſiua: aut animalia imperfecta in genere proceſſiuorum. Si enim eſt ſermo de imperfectis in genere proceſſiuorũ: non apparet de quibus animalibus queſtio iſta ambigua ſit. Quum animalia procedentia imaginatione & ſenſibus procedant. Si aũt eſt ſermo de nõ proceſſiuis: obſtant dicta ſua hic in tex. 44. vbi inquirendum proponit quid ſit principium motus proceſſiui: & in. 45. ex propoſito probando ex animalibus manentibus: ꝙ ſenſitiuũ nõ eſt motiuũ. Obſtãt & dicta in 2° huiꝰ tex. 20. & 27. 28. 29. & 31. ex quibus habet: ꝙ in quibuſdã eſt ſenſus ſine motu: cuiꝰ oppoſitũ hic diceret.

¶ Ad hanc dubitationẽ dicendũ puto: ꝙ & ſm Ariſto. & ſm veritatem hic eſt ſermo de aĩalibus non proceſſiuis. Scdm Ariſto. quidẽ: qz expſſe in littera dicit ꝙ eſt ſermo de aĩalibus: in quibus eſt ſolus ſenſus tactus. Conſtat enim ex hoc eodẽ libro tex. 64. in ſequenti capitulo: ꝙ aĩalia proceſſiua habent preter ſenſum tactus aliquem aliam ſenſum. vt ibi probatur. Si nãq̃ proceſſiua non ſunt contenta ſolo tactu: & animalia: de quibus hic eſt queſtio: habent ſolum tactũ: oportet vt huiuſmodi animalia non ſint proceſſiua. Scdm veritatem vero: quia huiuſmodi aĩalia: eo ꝙ manent ſemper in eodẽ loco: propter qđ dicuntur manentia: & mouentur motu dilatationis & conſtrictionis: habent ſpecialem difficultatẽ: & hic euacuatur. ¶ Ad cuius euidentiã ſcito: ꝙ motus dilatationis & conſtrictionis inueniuntur dupliciter. ſ. naturalis & animalis. Cor enĩ mouetur naturaliter tali motu: & conſequitur talis motus apud Diuũ Thomã: vitam animalis: ſicut eſſe ſuſ ſuz formã leuis. Animalia autẽ huiuſmodi mouẽtur tali motu animaliter. i. per appetitũ & fantaſiaz indeterminate tñ. vt in littera dicitur: in cuius ſignũ motus cordis non ſubeſt appetitui noſtro: motus vero huiuſmodi animaliũ appetitũ eoꝝ conſequitur: vt teſtatur leticia & triſticia eorũ in huiuſmodi appropinquatis letis vel triſtibus. S. Thom. p^a 2^e. q. 17. 9. ad 2^m et in. q. de aĩa. q. 9^a ad 6^m ¶ Nec obſtant huic expoſitioni in oppoſitũ allati textus: quoniã in omnibus eſt ſermo de motu locali proceſſiuo: qui per ſe primo vocatur motus localis aĩaliũ iſte aũt motus: ꝙ ſit aĩalis occultuz eſt. Et propterea in fine huius tractatus. vt perficeret doctrina de motiuo ſm locũ: conſideratus eſt. Dicato igit ꝙ licet motus localis aĩalis ſit duplex. ſ. proceſſiuus & dilatationis & conſtrictionis: principiũ tamen eſt vnicum. ſ. appetitus: de quo ſoluitur hic queſtio promiſſa in ſcdo libro tex. 29. an. ſ. habeat fantaſiam indiuiduã comitẽ. Patet enĩ in hac littera: ꝙ appetentia fantaſiantur indeterminate: quẽadmodũ & mouentur indeterminate. Conſiſtit autẽ indeterminatio hec quo ad organũ: obiectũ: tempus: ſituz & locũ. Quo ad organũ quidẽ: qz fantaſia determinata habet certam particulam corporis pro proprio organo: indeterminata autẽ quaſi confuſa in corpore nihil eius vt propriũ ſibi vendicare videtur. Quo ad obiectũ vero: qz determinata huius certe rei: vel illius eſt: indeterminata vero conuenientis: vel diſconuenientis tantũ. Quo ad tempus vero: qz determinata futurũ: indeterminata vero preſens tantũ aſpicit. Quo ad ſitum vero: qz determinata Singularis gloſa.

ad diſtans:indeterminata vero ad coniunctū tantum ſe extendit. Quo ad locum vero:quia determinata ad certum locum imaginatū mouet:indeterminata vero ad locum circundantem tantum.pro vt in loco delectabile:aut triſte aliquid coniungitur.

¶ De cōnectione partiū aīe. Cap. VII.

Cōmē.59. Vegetabilem quidem igitur animam neceſſe habere omne qđcunqȝ viuit: ⁊ habet animaȝ a generatiōe vſqȝ ad corruptionem.neceſſe eſt enim quod generatur augmentuȝ habere. ⁊ ſtatum. ⁊ decrementum. hoc autȝ ſine alimento eſſe impoſſibile:neceſſe igitur ineſſe vegetabilem potentiam in omnibus generatis corruptibilibus.
Cōmē.60. ¶ Senſum aūt non neceſſe in omnibus viuentibus. neqȝ enim quorum ſimplex corpus contingit habere tactum:neqȝ ſine hoc poſſibile eſſe nullum animal:neqȝ queecunqȝ non ſuſceptiua ſpecieruȝ ſine materia. Animal aūt neceſſe ſenſum habere:ſi nihil fruſtra facit natura: ꝑꝑ aliqd.n.oīa:que ſunt : natura ſubſiſtūt:aut concidētia ſunt eoruȝ : que ſunt ꝑꝑ aliquid. Si igitur omne ꝓceſſiuum corpus non hȝ ſenſum: corrumpeť vtiqȝ: ⁊ ad finem non vtiqȝ veniet:qui eſt nature opus:qūo enim aleť: manentibus quidem.n.exiſtit nutrimētuȝ eo in loco. vbi nata ſunt quo nutriri poſſunt.
Cōmē.61. ¶ Non poteſt autem corpus habere quidem animam ⁊ intellectum diſcretiuū: ſenſum autem non habere non manſiuum exiſtens:generabile autȝ. At vero neqȝ ingenerabile:quare enim nō habebit: aut eniȝ anime melius : aut corpori:nunc autȝ neutrum eſt:hoc quidem non magis intelligit:
Cōmē.62. hoc aūt nihil erit magis ꝓpter illud. ¶ Nullum ergo habet animal corpus nō manens ſine ſenſu. At vero ſi habet ſenſum:neceſſe eſt corpus eſſe:aut ſimplex:aut mixtū. Impoſſibile autem eſt eſſe ſimplex: tactum eni non haberet: eſt autē neceſſe hunc habere.
Cōmē.63. ¶ Hoc autem ex his manifeſtum. Quoniā enim animal corpus animatum eſt:corpus autem omne tangibile: tangibile autem qđ ſenſibile tactu:neceſſe ⁊ animalis corpus tactiuum eſſe:ſi debet ſaluari animal:alij eniȝ ſenſus per altera ſentiunt: vt olfatus: viſus: auditus:tactiuum autem niſi habeat ſenſuȝ non hec poterit quidem fugere: illa autem accipere. Si vero hec:īpoſſibile eſt ſaluari animal. Propter quod ⁊ guſtus eſt ſicut tactus quidam:alimentū autȝ corpus tangi poſſibile.
Cōmē.64. ¶ Sonus autȝ. ⁊ color. ⁊ odor. non alunt:neqȝ faciūt augmentū:neqȝ decrementum:quare ⁊ guſtum neceſſe eſt tactum eſſe quendam: qꝛ tangibilis ⁊ vegetatiui ſenſus eſt:hi quideȝ igiť neceſſarij ſunt animali:quo ⁊ manifeſtum: ꝙ non poſſibile ſine tactu animal eſſe. Alij autȝ propter bonum: ⁊ generi animalium iam non cuicūqȝ:ſed quibuſdam vt proceſſiuo neceſſe ineſſe. Si eni debet ſaluari : non ſoluȝ oportet tactum ſentire:ſed ⁊ de longe.
Cōmē.65. ¶ Hoc autē erit ſi per medium ſenſitiuum fuerit:eo ꝙ illud quidē a ſenſibili patiatur. ⁊ moueatur: ipſum autȝ ab illo. Sicut enim mouens ſecundum locū vſqȝ alicubi permutare facit: ⁊ depellens alterum facit: vt pellatur: ⁊ eſt per mediū motus: ⁊ primum quidem mouens depellit: ⁊ non depelliť: vltimum aūt ſolum depellitur non pellens. medium aūt vtraqȝ:multa aūt media: ſic ⁊ in alteratiōe. preter ꝙ vnum manens in eodem loco alterat. vt ſi in ceram tinxerit aliquis vſqȝ ad id mota eſt: vſqȝ quo tinxerit:lapis autē nihil ſȝ aqua. vſqȝ quo procul. aer autem ad plurimum mouetur. ⁊ facit ⁊ patitur ſi maneat. ⁊ vnus ſit. Unde ⁊ de repercuſſione ē melius,q̄ȝ viſum egredientē repercuti. aerē pati a figura. ⁊ colore. vſqȝ quo quidem ſit vnus. In leui autȝ eſt vn⁹ : propter quod hic iterū viſuȝ mouebit: ſicut vtiqȝ ſi in cera ſigillū ingredereť vſqȝ ad finē.
Cōmē.66. ¶ Qđ autē impoſſibile ſit ſimplex eſſe animalis corpus manifeſtum eſt. dico autȝ puta igneū: aut aereuȝ. Sine quidem eniȝ tactu neqȝ vnū cōtingit animaliū ſenſuȝ habere. corpus.n. tactiuum animatum omne ſicut dictuȝ eſt. alia autem preter terram. ſenſitiua quidem vtiqȝ fient. omnia autem eo ꝙ ſentire per alterum faciunt ſenſum: ⁊ per mediū. tactus autem eſt in tangendo ipſa: propter quod ⁊ habet hoc nomen. ⁊ tamen alij ſenſus tactu ſentiunt: ſed per altera. hic autē videť ſolus per ſeipſum: quare huiuſmodi elementorū nullū vtiqȝ erit corpus animalis. Nec itaqȝ terrenū. oīum enim tangibiliū tactus eſt ſicut medietas ⁊ ſuſceptiuus ſenſus: nō ſolū queecunqȝ differentie terre ſunt: ſed calidi ⁊ frigidi. ⁊ aliorū oīum tangi poſſibiliuȝ. Et ꝓpter hoc oſſib⁹: ⁊ capillis : ⁊ huiuſmodi partibus nō ſentimus: quia terree ſunt. Et plante etiam ob hoc nec vnum habent ſenſum : qꝛ terree ſunt. ſine aūt tactu nec vnuȝ

poſſibile eſt animalium eſſe. hic aũt ſenſus non eſt neqꝫ terre: neqꝫ alius elementorum

Cõmẽ. 67. vllius. ¶ Manifeſtum igitur: quoniam neceſſe hoc ſolo priuata ſenſu animalia mori. neqꝫ enĩ hunc poſſibile eſt habere non animal exiſtens: neqꝫ cũ ſit animal aliũ neceſſe eſt habere preter hunc. Et propter hoc qdẽ alia ſenſibilia excellentijs nõ corrũpunt animal. vt color. ⁊ odor. ⁊ ſonus: ſed ſolũ ſenſus: niſi ſm accidens: puta ſi ſimul cum ſono depulſio fiat: ⁊ ictus: ⁊ a viſis ⁊ odore alia mouenť: que tactu corrumpunt: ⁊ humor autem ſm ꝙ accidit ſimul tactiuũ eſſe ſic corrumpit. Tangibilium autem excellẽtia: vt calidorũ: ⁊ frigidorum: ⁊ durorum

Cõmẽ. 68. corrumpit animal. ¶ Omnis quidem enĩ ſenſibilis ſuperfluitas corrumpit ſenſum: quare ⁊ quod tangi poteſt tactum. hoc aũt tactu determinatũ eſt viuere. Sine enim tactu monſtratũ eſt. ꝙ impoſſibile eſt animal eſſe. vnde tangibiliũ excellentia non ſolum corrumpit ſenſum: ſed animal: quia neceſſe ſolũ habere hunc. Alios aũt ſenſus habet animal: ſicut dictum eſt. non propter eſſe: ſed propter bene eſſe. vt viſum: quia in aere ⁊ aqua vt videat. omnino autem quoniã in diaphano. guſtum autem habet propter delectabile. ⁊ triſte. vt ſentiat ꝙ in alimento ⁊ concupiſcat. ⁊ moueatur. auditum aũt vt ſignificetur aliquid ipſi: linguam autem hꝫ quatenus ſignificet aliquid alteri.

¶ Summa huius capituli hec eſt.

Prima ʒ OMne viuens habet potentiã ſeu animã vegetabilẽ a generatione vſqꝫ ad corruptionẽ. Probať qꝛ omne genitum habet augmentũ: ſtatũ: ⁊ decremẽtum: qḋ ſine alimento non eſt.

Scḋa ʒ ¶ Omne viuens non eſt neceſſe habere ſenſũ. probať dupliciter. Primo quia tactus: ſine quo nullus eſt ſenſus non poteſt ineſſe ſimplici corpori. Secũdo qꝛ nec poteſt ineſſe non ſuſceptiuis ſpecierũ ſine materia.

Tertia ʒ ¶ Omne animal proceſſiuum habet ſenſum. probatur dupliciter. Primo qꝛ ſi proceſſiuũ caret ſenſu corrũpetur: ⁊ ad naturalẽ finẽ non perueniet. hoc aũt eſt incõueniens. probatur ſequela: qꝛ non poſſet nutriri: manẽtia enim coniunctũ habent nutrimentũ. Impoſſibilitas vero conſequentis: qꝛ natura nihil facit fruſtra: qḋ pbatur: qꝛ omnia que natura ſubſiſtunt: aut ſunt propter finẽ: aut coincidentia eorũ: que ſunt propter finẽ. Secundo apud quoſdã: qꝛ ſi pceſſiuũ caret ſenſu. ⁊ diſcernit intellectu ſiue generabile ſit: ſiue igenerabile: nulla rõne carere debet ſenſu: qꝛ ſi aut pꝑ melius anie: aut corpori: ſꝫ neutrũ eſt. Anima enim nõ magis itelliget: corpus vero nõ magis erit pꝑter ſenſus carentiã.

Quarta ʒ ¶ Omne habens ſenſum eſt corpus mixtum: ⁊ habens tactum comprehendendo etiam guſtum ſub tactu. ita ꝙ hi duo ſunt neceſſarij. alij autem pꝑter bonum: ſic tamen ꝙ neceſſarij ſunt animali pceſſiuo. Probatur primo ſecunda pars: animal eſt corpus animatũ. ergo tangibile. i. ſenſibile tactu. ergo tactiuũ. Prima ſequela probať: quia omne corpus eſt tãgibile. Secũda aũt. quia aliter animal nõ poſſet ſaluari: quod declaratur. Primo ex differẽtia inter alios ſenſus ⁊ tactus in modo ſentiendi: quia illi per altera ſentiunt: tactiuum aũt niſi ſentiat: non poterit hec tacta accipere: ⁊ illa fugere ⁊ ſic non ſaluatur. Deinde declaratur extenſio ad guſtum: quia propterea guſtus eſt tactus quidam: quod patet ex differentia obiectorum: qꝛ ſonus color ⁊ odor non alunt: neqꝫ augent aut minuunt: alimentum autẽ tangibile ⁊ vegetatiuum eſt. Probatur tertio de alijs ꝙ neceſſarij ſunt animali pceſſiuo: qꝛ ſi ſaluari debet proceſſiuum non ſolum tactu: ſed de longe ſentire debet: quod fit per pati a medio patiente ab obiecto: qḋ declaratur dupliciter. Primo ex ſimili in motu locali. in quo primum pellens tantũ eſt: ſecũdũ pulſum ⁊ pellens tertium pulſum tantũ: ſic ⁊ in alteratione ⁊c. Secundo ex ſimili in cera. ſi ſigillũ ingrederetur vſqꝫ ad finem. Demum probatur prima concluſionis pars: qꝛ ſentiens aut eſt corpus ſimplex: aut mixtum: ſed impoſſibile eſt eſſe corpus ſimplex: quia omne ſentiens oportet eſſe tactiuum. Nullum autẽ corpus ſimplex eſt ſenſitiuum tactu: et de alijs a terra probatur: quia conſtituunt ſenſitiua per medium. Tactus autem ſentit per ſeipſum. vnde ⁊ nomen accepit. De terreno vero: quia ſenſitiuum tactus eſt medietas ſuſceptiua non ſolum differentiarum terre: ſed omniũ tangi poſſibiliũ. Et hoc teſtantur capilli ⁊ oſſa pꝑter terreſtrẽ nãm nõ ſentientia: teſtanť ⁊ plante propter idem in ſenſibiles.

¶ Animal ⁊ habens tactum cõuertibiliter ſe conſequũtur affirmatiue ⁊ negatiue ⁊ ſufficiẽter: declaratur dupliciter. Primo ab effectu: quia excellentia tangibiliũ corrumpit animal: excellentia vero aliorum ſenſibilium non corrũpunt niſi per accidens animal: ſed ſenſus: quoniam quum omne excellens ſenſibile corrumpat ſenſum: oportet ꝙ excellens tangibile corrumpat tactum. ergo vitam ⁊ eſſe animalis: quoniam in hoc conſiſtit. Secundo a differentia inter tactum ⁊ alios ſenſus: quia ſolus eſt neceſſarius: ceteri ſunt ad bene eſſe: viſus quia in diaphano viuunt: guſtus propter delectabile ⁊ triſte in alimento. Auditus vt ſignificetur ſibi: lingua vero vt ſignificet. Quinta ʒ

¶ Series autem hec eſt.

INtendens ordinẽ connexionemqꝫ partiũ anime abſoluere quattuor facit. Primo comparat viuens ad partem vegetatiuam prima concluſione: ⁊ ſenſitiuam ſecunda concluſione. Secũdo comparat animal proceſſiuũ. i. ſm locũ motiuum ad ſenſitiuũ tertia concluſione. Tertio comparat ſenſitiuum ad tactiuũ ⁊ corpora ſimplicia quarta concluſione. Quarto comparat animal ad ſenſus omnes conſtructiue ⁊ deſtructiue ⁊c. quales autem huiuſmodi comparationes: ſcilicet coniunctiones: an ſeparationes ſatis clare liquet in littera ⁊c.

¶ Circa quartam concluſionem dubiũ occurrit de ratione: qua probatur: omne habens ſenſum oportere habere tactũ. Stat enim ratio in hoc: corpus habens ſenſum eſt tangibile. ergo oportet habere tactum: ſi ſaluari debet. Si enim ratio valet: concluderetur quoqꝫ de Tex. 63.

plantis: imo de omni re corruptibili: ꝙ habeat tactum: quoniam de omni huiuſmodi predicatur eſſe corpus tangibile: ⁊ habere corpora tangibilia pro corruptiuis: ⁊ ꝙ debent ſaluari. Aut ergo ratio hec non eſt formalis: ſed gratia materie tenet: aut infert ꝙ oia corruptibilia hñt tactum: quod reprobatū eſt in hoc met cap.

¶ Ad hoc eſt dicendum: ꝙ ratio littere tenet formaliter. ſi integre aſſumatur. Conſiſtit enim ratio non in hoc: ꝙ corpus tangibile ⁊ tactiuū: ſi debet ſaluari: oportet habere ſenſum tactus: vt obijciendo aſſumitur: ſed in hoc: ꝙ corpus huiuſmodi habens ſenſuz oportet habere ſenſum tactus. ita ꝙ ex his ſubiunctis: ſcilicet tangibilitate ⁊ ſenſu infertur ſenſus tactus: ⁊ optime: quoniaz ex tangibilitate: de qua eſt ſermo: ſcilicet ſm qualitates actiuas ⁊ paſſiuas: ſequitur ꝙ eſt corpus corruptibile per ſe a tangibilibus: vt inferius explanatur in littera: ex ſenſu autem quum datus ſit propter ſalutez ſubſtantialez habentis ipſum. ſequitur ꝙ corpus illud habeat ſenſum ſaluatiuuz ſubſtantie ipſius habentis: quum ceteri ſenſus per altera ſentiant: ac per hoc non ſaluent a tangibilibus: reſtat vt ſenſum habeat tactus qui ſaluet a tangibilibus. Et ex hoc factum eſt: vt guſtus: qui eſt ſenſus alimenti ſaluatiui etiaz ſubſtantialiter ſit tactus quidam. Hec autem ratio neqꝫ in plantis neqꝫ in alijs habet locum. ¶ Et ſcito: ꝙ fundatur hec ratio ſuper hoc: ꝙ ens ſenſitiue nature: ſicut eſt nature altioris. ⁊ eleuate ſupra inanimata ⁊ vegetabilia. ita oportet ꝙ ſaluatiuum ſit ſui altiori modo ꝙ̃ illa ſcilicet ſentiendo. alioquin operatio non aſſequeretur excellentiā nature eius que eſt. Ariſtoteles tamen vndiqꝫ abundans ratione etiam ex parte corporis rationez dedit: quare inanimata ⁊ plante non habent ſenſuz tactus: quia ſcilicet ſunt ſimplicia corpora: aut quaſi ſimplicia. vt patet in littera ⁊c.

¶ Circa quintam concluſionem dubium occurrit ſimpliciter: ⁊ ad hominem: quomodo animal primo conſtituatur ſenſitiuo: ⁊ ſenſu tactus. Simpliciter quidez: quoniam conſtat: ꝙ ſenſitiuum primo conſtat ſenſu. Ante autem omnes particulares ſenſus eſt ſenſus cōmunis. Si igitur animal conſtat ſenſitiuo: non conſtituetur primo per ſenſum tactus: ſed per ſenſum communem. ¶ P. Probatum adhuc non eſt: ꝙ impoſſibile ſit ſeparare ſenſus interiores a tactu: ac per hoc voluntarie dicitur: ꝙ animal conſtat tactu: poſſet enim poni animal habens eſtimatiuam: vel cogitatiuaz abſqꝫ ſenſu exteriori. ¶ Ad hominem vero: quia ipſemet Ariſtoteles in ſecundo libro completo tractatu de ſenſu communi epilogat in textu. 149. dicens. De principio quidem igitur ſm quod ſenſitiuum dicimus eſſe animal determinatum ſit hoc modo. In quibus verbis oſtendit: ꝙ animal eſt ſenſitiuum primo per ſenſum communem ⁊c.

¶ Ad hoc dubium non ſufficit dicere: ꝙ quia ſenſus cōmunis ⁊ tactus inſeparabiliter ſe commitantur: ideo omnia poſſunt verificari: quoniam non ſaluaretur formalis doctrina: nec niſi per accidēs alter ſermo verus eſſet. Eadem ratione retunditur reſponſio dicens: ꝙ quia habent idem organum: idcirco hec dicta ſunt. Quāuis hec reſponſio aſſumat aliquid magis dubiū: ſcilicet de identitate primi organi: quum communiter dicatur ꝙ ſenſus communis eſt in capite: ⁊ Ariſto. ponat illum in corde. ¶ Dicendum eſt igitur: ꝙ animal conſtituitur primo ſenſu communi: ⁊ conſtituitur tactu. non enim ſenſus communis ⁊ tactus diſtinguuntur diſperate ſicut viſus: ⁊ olfatus: neqꝫ preſuppoſitiue tantum: ſicut olfatus: ⁊ tactus: neqꝫ ordine ⁊ dependentia tantum: vt ſenſus ⁊ fantaſia: ſed diſtinguuntur ſicut vis quedam ⁊ conſumatio radicꝭ eius: quod ex operibus fit manifeſtum. Senſus enim communis nullam habet operationem niſi per ſpecies ipſorum ſenſuum propriorum. vt enim ſuperius dictum eſt. nō fiunt alie ſpecies in ſenſu communi ab his: que deſcribūtur in ſenſibus proprijs: ſed ipſe ſenſus communis centrum terminatiuum eſt omnium ſenſationum ⁊ ſpecieruz: ⁊ origo omnis ſenſationis ex parte anime. ita ꝙ eſt primum ſentiens tam per viſum: ꝙ̃ per auditum: ꝙ̃ per alios ſenſus: in cuius ſignuz quieſcente ſenſu communi per ſomnum: nullus ſenſus poteſt fieri in actu. Quum itaqꝫ ſenſus communis nō ſit ſextus ſenſus: ſed eſt ſenſus: per quem ſentit quilibet ſenſus: ⁊ primus omnium quinqꝫ ſenſuum ſit tactus: ⁊ vt alias dicam: tactus ſolus ſit ſenſus ſaluatiuus ſubſtantie animalis: oportet vt ſenſus communis ſic habeat coniunctum tactum vt coeliciatiuū primarij ſui actus: ſcilicet ſenſationis propter ſaluandam ſubſtantiam animalis. alioquin fruſtra natura dediſſet ſenſum communem. Habet ergo ſe ſenſus communis ad tactum vt radix ad truncum: ad reliquos vero ſenſus vt ad ramos. vt enim radix niſi trunco medio nihil profert: ſic ſenſus communis. Et quemadmodum arborez recte diceres conſtitui trunco primo: ⁊ recte diceres conſtitui radice primo: illo primatum tenente in ordine ad ramos: hoc in ordine ad truncuz: ac ſimpliciter. ita recte quoqꝫ dicitur: ꝙ animal cōſtituitur ſenſu tactus primo in ordine ad alios ſenſus: ⁊ ꝙ conſtituitur ſenſu communi abſolute. Et rurſus alteruſqꝫ conſtituitur tactu primo ⁊ ſenſu communi primo: quia tactus ⁊ ſenſus communis non ponunt in numerum in conſtituēdo ſenſitiuum neceſſarium animali: quia vnum ſunt perfectum principium in eliciendo ſenſationem neceſſariam ad ſaluandam ſubſtantiam animalis: que eſt prima ſimpliciter ſenſatio: ⁊ ordine generationis ⁊ intentionis ⁊c.

¶ Ad id vero: quod obijcitur de ſenſitiuis viribus interioribus: dicendum primo eſt: ꝙ ſenſus nomine non intendimus niſi ſenſus proprios vſqꝫ ad eorum perfectam conſumationem: que fit in ſenſu communi: et propterea quum animal ⁊ habens ſenſum tactus conuerti dicimus: non impedimus nos de alijs viuentiuz generibus: ſi inueniūtur: in quibus ſola cogitatiua ſit: non enim de hoc eſt diſputatio: ſed de ſenſu: fantaſia namqꝫ ⁊ vires ſuperiores non ſunt ſenſus. Dicendum ſecundo eſt: ꝙ quia philoſophia naturalis precipue a ſenſibus inchoat: ⁊ ad ſenſum teſtimonia reſoluitur: ⁊ in nobis ipſis experiamur fantaſiaz cum tota reliqua interiori parte vſqꝫ ad intellectum excluſiue eſſe paſſionem quandam ſenſus. Rationabile eſt: vt ſublato ſenſu reliqꝫ auferantur. Et hec pro nunc dicta ſufficiant.

¶ Rome anno ſalutis. 1509. 25. Februarij etatis mee anno. 41. inchoante. Gloria omnipotenti Deo ac Diuo Thome.

FINIS.

¶ Incipit

¶ Incipit queſtio ſingularis de infinitate primi motoris edita a reuerendiſſimo pře fratre Thoma de Vio Caietano artium:ſacre theologie:ꝛ ordinis predicatorum profeſſore:ac eiuſdē ordinis gnāli magiſtro.

Pa rō. Queritur vtrū deus glorioſus ſit īfinite virtutis. Et arguit̄ ꝙ nō. ¶ Primo qꝛ aut deꝰ mouet celuȝ effectiue ꝛ īmediate:aut non effectiue:ſȝ vt finis tm̄: vel effectiue ꝛ mediate. Si p̄mo mō:ꝛ eſt īfinite virtutis. ergo motus celi eſſet in non tempore:qđ eſt ꝯtra ſenſum. Conſequētia patet ex 8° phyſicorum textu.79.ꝛ primo celi textu.52.ꝛ 2° celi.cō.58.ꝛ alibi ꝛc. Si ſecūdo modo aut 3°:ꝛ eſt infinite virtutis. ergo habetur in reruȝ natura vna virtus: que ſi moueret effectiue ꝛ īmediate: motus fieret in non tempore. Tunc vltra. Sed poſſibile eſt virtutem illaȝ infinitaȝ mouere effectiue ꝛ immediate.ergo poſſibile eſt ex ea ſequi motum in nō tempore:quod eſt impoſſibile ſimpliciter. Prima conſequētia ex antedictis eſt euidens. Affirmatio vero vltimi antecedētis patet ex eo ꝙ virtus infinita nec eſt alligata cauſalitati finali motus: nec mediate cauſalitati effectiue eiuſdeȝ:quin poſſibile ſit ipſam ab his abſolui:alioquin infinita virtus nō eſſet. ¶ Si dicatur ꝙ hec ratio ſupponit deum agere naturaliter.i. non quantum vult:ſed quantuȝ poteſt:et ꝙ hoc nō eſt neceſſariū:qꝛ deus eſt nature intellectualis: cuius proprium eſt agere ſm intellectus ſui diffinitionem. vt artifices facere videmus. Et conſequenter deus tanta velocitate mouet: non quan plus poſſit:ſed quia ſic explicande ſue arti expedire videt.

Replica ꝫ ſolutioneȝ. ¶ Contra hoc eſt. Primo quia ſaltē habetur intentuȝ ſm Ariſtotelez ꝛ Auerroym ceteroſq; philoſophos tenentes deum:ſȝ intellectualem: naturali tamen neceſſitate agere. Demonſtratio ſiquidē poſita in primo celi tex.90. ad oſtendendam vnitatez mundi manifeſte ſupponit hoc. vt pȝ ex dubio ibidē moto ab Alexādro ꝛ Auerroy:ꝛ ſancto Thoma:ꝛ ceteris. Venatio etiam numerus intelligentiarum iuxta numerum motuum celeſtium in.12. metaphyſi. textu.43.hoc idem ponit. Numerus enim motorum non adequatorum non poteſt ex motuum numero efficaciter concludi:cum poſſet facile quiſpiam dicere plures motus ab eodem excedente motore fieri. Inconueniens quoq; reputat̄ ab Ariſtote.8.phyſico.textu.79. ꝙ virtus finita ꝛ infinita poſſent equali tempore mouere:qđ tn̄ ex hac reſpōſione ſequeretur. Auerroys quoq;.8.phyſicoꝝ.cō.15.ꝛ 2° celi.cō.21.ꝛ Auicenna.6.metaphyſice hoc idem ſentire videntur. Scđo:quia vt dicitur p̄mo priorum: ꝛ p̄mo celi tex.119.id ad quod ſequitur falſum impoſſibile:eſt ſimpliciter impoſſibile:ſed ad virtutem infinitam poſitam in rerum natura:ſȝ agentem libere: ſequitur falſum impoſſibile.ſ.poſſe fieri ab ea motuȝ in non tempore.ergo ipſam eſſe in rerū natura eſt ſimpliciter impoſſibile. Probatur minor. Tum quia non eſt impoſſibile deum velle vti tota virtute ſua: vt inductiue patet in omnibus agentibus: ꝛ vt dicit̄ in primo celi textu.102.ab vniuerſali mā:feſtata p inductionē in omnibus ſenſibilibus non eſt reſiliendum. Tum quia conſiderata tantum virtute diuina infinita:ꝛ non conſiderato modo agendi: qui eſt poſterior.ſ. agere per libertatem:ſequitur motuȝ fieri in non tempore: quia non de facto:tamē quantū eſt ex ratione potentie motiue. Conſtat autem non ſolum eſſe impoſſibile illud:ad qđ ſequitur de facto poni aliquod impoſſibile in reruȝ natura:ſed ēt illud:ad qđ ſequit̄ aliquod impoſſibile ſimpliciter. Vn̄ hoc poſſet explanari ſic. Quēadmoduȝ poſitio tua duo dicit.ſ. ꝙ eſt v̇tus īfinita:ꝛ ꝙ agit libere:ſic ꝯtra ego deduco duo. Ex p̄mo quidē: ꝙ fieret motus in nō tp̄e.ex 2° aūt ꝙ de facto hoc falſuȝ eſt. Ex quibꝰ ſimul īfert̄:ꝙ ad v̇tutē infinitā:ſȝ agentem libere: ſeq̄t̄ falſuȝ aliqđ īpoſſe:ꝛ ꝯſtter ipſaȝ īueniri eſt impoſſe.

¶ Secundo arguitur ſic. Omni potētie actiue in natura reſpondet aliqđ poſſibile ex potentia paſſiua:ꝛ ecōuerſo.vt dicitur in p̄mo celi.cō.124.vel ſaltem reſpōdet aliquod poſſibile manifeſtatiuū totius illius virtutis actiue vt ſic. Aliter fruſtra eſſet:quuȝ potentia ſit ꝑpter opus. 2° celi.textu.17. Sed virtus diuina motiua eſt infinita per ſe . ergo ſibi reſpondet ſaltē poſſibiliter aliquis motus manifeſtatiuus infinitatis illius. Hoc autem eſt impoſſibile: quia aut ille motus eſſet corporis infiniti:quod impoſſibile eſt inueniri: aut corporis finiti in non tempore:quod eſt impoſſibilius: aut eſſet corporis finiti in tempore eterno:vt eſt motus celi : et hoc non concludit infinitam virtutez motoris: ſed immutabilem ꝛ īmaterialem. Alioquin omnes motores celorum eſſent infinite virtutis. Scđa rō

¶ Et cōfirmatur. Quia quātitas virtutis actiue ex effectus quantitate cognoſcitur.vt dicit̄ in primo celi tex.116. Unde quum deus non poſſit producere effectū infinituȝ:vt cōmuniter tenet̄:ꝛ a phis ꝛ a theologis:conſequens eſt:ꝙ virtus diuina infinita non ſit. Et confirmatur 2° ex 4ꝰ phyſicorum tex.131.ſic. Si impoſſibile eſt eſſe mobile:impoſſibile eſt eſſe motiuuȝ ꝛ econuerſo. Et ſimiliter. Si impoſſibile eſt eſſe mobile velocitate infinita:impoſſibile eſt eſſe motiuū velocitate infinita:ſed impoſſibile eſt tale mobile inueniri. ergo et motiuum infinite virtutis.

